

G L O S.  
SVPER BVLLA  
PII QVINTI  
DE CENSIBVS.

AVCTORE IOAN. BAPT. LEON.  
BART. I. C. PERVSINO.

*Ad Illustrissimum, ac Reuerendissimum Cardin.  
Dominicum Pinellum Legatum de Latere  
Perusia, & Vmbria meritissimum.*



SVPERIORVM PERMISSV.

PERVSIÆ, Typis Petri Iacobi Petrutij. M. D. XCII.



205

SVPER BVLVA

PLI QVINTI

DE CHRISIVS

AVCTORIOAN BAPT LEON

BAHT & CHRYSINO

Ad Illustrissimos ac Reverendissimos Cardines  
Dilectissimi Patris Illustrissimi Cardinalis  
Ferdinandi de Medici Legati ad Latere  
Sedis Apostolicae Legationis Praesidentis



SVPERIORVM PERMISSV

PERV. 21. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



ILLVSTR. AC REVER. D. D.

MEO COLEND. <sup>MO</sup> CARDINALI

PINELLO LEGATO DE LATERE

Perusiæ, &amp; Vmbriæ meritissimo S. P. D.

IO. BAPT. LEON. BART. I. C. P.



PVD iuris interpretes inter legendum non semel obseruauī plura, ac diuersa esse Commētariorum genera, quorum præcipua sunt Glosæ, Repetitio, Summa, Tractatus: quæ quidem omnia licet sint ne dum vtilia, verum etiam ad scientias cōparandas summopere necessaria; negari tamen nequit secundum diuersam commentatoris intētionem vnum magis esse expediens altero; hinc habemus eiusdem etiam auctoris diuersa Commentarij genera, sicuti illa composuit Ioan. And. & alij multi.

Quod quidē animaduertens dum amicorum suasionē aliquid adnotabā ad intelligentiam Bullæ Pij V. de Censibus, iudicauī expedire illā interpretari potius methodo Glos. quam quouis alio genere Commentariorum: Per Glos. n. littera ipsa, atq; contextus clarius explicatur, ius ipsum breuitate dicendi obscurum minimē redditur, & lectorum mentes in legendo haud defatigantur. His accedit, quod licet doctissimi viri copiosa, & docta circa eandem materiam de censibus promulgauerint Commentaria, & in illis multa dixerint ad eiusdem Bullæ intelligentiam; ad eius tamen tex. & litteræ dilucidationem in illorum Commentarijs aliquid fortasse desiderari potest, & sæpe, ac sæpius intellexi fuisse dubitarijs circa illius verba; propterea consulto hanc interpretandi methodum mihi proposui; eoq; libentius id feci, quo hisce temporibus talis Glos. methodus videtur magis accommodata, cum iuris studiosi potius breuitate, quam longa oratione delectentur. Quamuis autem methodus ista summopere expediat ad finem propositum; videtur tamen magis exposita calumnijs, cum diuersi diuersa in ea desiderent: quod cum considerarem dubitauī quid mihi agendum esset. Caterum cum ex varia rerum lectione obseruauerim ex huiusmodi censuris non parum vtilitatis percipi posse, ex



malo bonum colligendo, nempe ex his occasione sumpta in melius imperfe-  
 cta commutandi, cum prudens sit in melius mutare consilium, non minus  
 alacri animo hanc interpretandi prouinciam sem aggressus, profectus, ac  
 tandem Deo adiuuante ad finem deduxi. Post hac pro comperto haberi vel  
 lem me libentissime has lucubrationes sapientum iudicio subijcere corrigē-  
 das; ignorantes verò, & malignos continere. Siquidem sicut bonorum, &  
 prudentum sequenda sunt consilia; ita malorum, & ignorantium contemnen-  
 da est censura. Et cum veteri consuetudine obseruatum sit, vt quolibet Com-  
 mentariorum genus sub alicuius clarissimi viri nomine in lucem edatur; illud  
 idem mihi faciendum esse iudicauit. Verum etiam in hac re admodum fui du-  
 bius, cum animaduertentem Auctores per huiusmodi etiam dedicationem in  
 maleuolorum calumnias incidere, eoq; magis, quo munus magis est exiguum,  
 sicuti est hoc meum. Cæterum cum non qualitas muneris, sed hilaritas ani-  
 mi, eiusq; promptitudo in donatore inspicere soleat, nihilo minus has meas lu-  
 cubrationes, quales quales fuerint D. T. Illustriss. ac Reuerendiss. dedicare  
 decreui: quam idè inter præclarissimos viros elegi, quia illam animi integri-  
 tate, rerum cognitione, regiminis prudentia, atque erga me maxima beneuo-  
 lentia alios antecedere sapius obseruauit. Licet autem cognitum mihi sit, no-  
 bilitati, atque amplitudini tuæ maiora, ac grauiora conuenire, non tamen ab-  
 incepto destiti, quia scio tantam esse in te humanitatem, & bonitatem erga  
 omnes, vt non dedigneris etiam exigua munera animo sincero oblata recipere,  
 atque illa, eorumque hilarem datorem tua protectione fouere. Accipe  
 igitur benignè hoc munusculum in signum, licet exiguum, meæ erga te ob-  
 seruantiæ, vt tuæ proprium est humanitatis: & si contingeret te aliquando im-  
 munem à negocijs has glosas perlegere, atque in eis aliquid boni inuenire,  
 Deo gratias agam, & ad maiora capessenda promptior reddar; si verò aliquid  
 imperfecti, imbecillitati ingenij, ac exigua doctrinæ meæ ascribendum fateor,  
 & à prudenti iudicio D. T. adinoneri cupio. Vale, & tuam erga me beneuo-  
 lentiam diu conserua, sicut ipse Deum Opt. Max. rogo, vt te indies magis,  
 magisque felicem reddat. Perusæ 7. Kal. Ianuarij Anno Domini. 1592.

## E R R A T A.

Pag. 4. C. de action. empt. corrig. C. de pact. inter empt. Pag. 8. nos docent Fabianus.  
 corrig. nos docet Fabianus. Pag. 9. notar. soluat. corrig. notar. soluat. Ead. pag.  
 conf. 99. vel. corrig. vol. Pag. 10. de orig. vir. corrig. de orig. iur. Pag. 11. intentionem  
 recipiendo. corrig. recipiendi. Pag. 12. de arbitr. iud. corrig. de arbitr. iudi. Pag. 14. l.  
 filius simil. corrig. l. filiusfamil. Pag. 23. ad æstimationem. corrig. ad extinctionem.  
 Pag. 24. Couar. lib. 3. & cap. 4. corrig. cap. 8. Ead. pag. cum ludro. corrig. cum lucro.  
 Pag. 26. quo forū. corrig. quo ad forū. Pag. 28. cōstitutus in iu. corrig. cōstitutus in esse.

INDEX



# I N D E X

## R E R V M, Q V A E I N H O C O P V S C V L O C O N T I N E N T V R.



**A**  
 Alienatio quid sit, & quō  
 hic accipiatur. pag. 14.  
 Alienare in vitis certis p-  
 sonis, an liceat. pag. 14.  
 Alienatio facta contra so-  
 lemnitatem requisitā po-  
 test rescindi. pag. 15.  
 Augumentum fundi census non auget  
 censum. pag. 17.

**B**  
 Bullæ Pij V. diuisio. pag. 1.  
 Bulla præd. cur sit promulgata à Pō-  
 tifice. pag. 5.  
 Bulla ista an sit cōstitutua tantū. pag. 5.  
 Bulla ista an sit seruanda in vtroque fo-  
 ro. pag. 6.  
 Bulla ista an respiciat tātū futura. pa. 19.  
 Bulla ista continet formam contractus  
 census. pag. 26.  
 Bulla ista an respiciat casus præsentis di-  
 stin. pag. 28.

**C**  
 Contractus census an sit in vtroque  
 foro licitus. pag. 1. 2.  
 Cēsus requisita quæ, & quot sint. pag. 2.  
 Cēsus requisita an omnia indifferenter  
 sint seruanda in foro cōscientiæ. pag. 3.  
 Clausula irritans quid operetur in con-  
 tractu census. pag. 3. 4.  
 Cēsus requisita an sint plura vel pau-  
 ciora. pag. 2. 3.  
 Cēsus quid sit. pag. 4.  
 Cēsus quotuplex sit. pag. 4.  
 Contractus licitus ab illicito quomodo  
 cognoscatur. pag. 5. 6.  
 Cēsus an teneat si impositus sit super  
 re aliena distin. pag. 7. 8.  
 Contractus census est emptionis. pag. 8.  
 Cēsus an constitui possit cum credito  
 reali. pag. 9.

Census an debeat remitti ob sterilitatē,  
 seu ob fundi extinctionem. pag. 12.  
 Cēsus vt dicit pensionem etiam in spe  
 cie constitui potest. pag. 18.  
 Cēsus iam constitutus possit ne vendi  
 minori precio quā erit emptus. p. 23.  
 Cēsus sub alia forma celebratus cur  
 potius scēnoratius dicatur. pag. 26.  
 Cōsiliū an sit necessario sequendum  
 pag. 29.  
 Clausul. non obstantibus cur sit apposi-  
 ta in ista bulla. pag. 30.

**D**  
 Diuisiois utilitas. pag. 1.  
 Dominus fundi census ita remanet  
 dominus, & possessor, vt eius dominiū  
 diminui nequeat. pag. 12.  
 Denunciare alienationem faciendam de  
 fundo census cur fieri debeat. pag. 15.  
 Dominus census si non vult recipere,  
 precium & censum reuendere quid  
 agere debeat debitor eius. pag. 13.  
 Definire casus conscientię ad quem per-  
 tineat. pag. 29.

**E**  
 Extinctio census in totum vel pro  
 rata quō intelligi debeat. pag. 20.  
 Extinctio census an fieri possit pro par-  
 te per restitutionem partis precij di-  
 stingue. pag. 21.  
 Extingui potest census diuersimode.  
 pag. 23.

**F**  
 Fortuiti casus in cōtractu cēsus quos  
 teneat obligatos. pag. 11. 12.  
 Fundus census de facto alienatus cuius  
 sit iuris distin. pag. 12.  
 Fundus census libere potest à domino  
 eius alienari. pag. 13.  
 Fautore cuiusvis rei forma census nō de-  
 bet variari. pag. 17. 18.  
 Fraus.



Fraus cognoscitur ex coniecturis. p. 23:

H

**H**eredes domini cēsus possunt alienationem factam de fundo census rescindere. pag. 14.

I

**I**ntentio Pontificis in bulla de censibus quæ & qualis sit. pag. 1.  
Iustum precium quomodo cognoscatur distin. pag. 9. 10.

L

Intelligentia cuiuslibet legis quotuplex sit. pag. 2. 2. 23.

**L**eges dant formam negocijs futuris & præterita, vel præsentia declarant. pag. 1.

Lex alia est per modum præcepti, & alia per modum consilij. pag. 3.

Locum & tempus apponere in constituto. vtile est. pag. 4.

Leges quando sunt seruanda in altero foro, & quando in utroque. pag. 6.

Laudemū qd sit, & an solui debeat. 13.

Lucri inter esse non potest deduci in pactum. pag. 16.

L. boues. §. hoc sermone, ff. de ver. sig. limit. pag. 15.

Legis circumstantias bonum esset adnotare in promulgatione eius. pag. 30.

M

**M**ensis ad rescindēdā alienationē fundi census qualis esse debeat p. 15.

N

**N**ouus census an, & quomodo possit creari super eadem re distingue. pag. 17.

O

**O**nera fundi census, vel contractus eiusdem non debent in pactum deduci. pag. 19.

Obligatio reuendendi alia est legalis, &

alia conuentionatis.

P

pag. 21.

**P**recij qualitas, & qua monera solui debeat refert, & distin. pa. 8.  
Precium si solum pro parte sit solum cuius erit effectus. pag. 8.

Precium an debeat etiam numerari præsentibus testibus. pag. 9.

Pactum de interesse ad moram quando sit licitum. pag. 15. 16.

Præscriptio temporis inmemorabilis an habeat locum contra d. bulla. pag. 22.

Pactum reuendendi est licitum secus pactum redimendi. glos. 24. 25.

Partes bullæ præd. inter se cōciliāt. p. 25.

Pœna ob non seruata formam census, an sit vna vel due. pag. 27.

Pœna per hanc bullam imposita an dicatur imposita ipso iure. pag. 27.

Precium census an possit diminui, vel augeri. pag. 28.

**Q**ualis census explicetur in bulla Pij Quinti. pag. 1.

Quolibet pactum in pœnam morosi debitoris census damnatur. pag. 16.

R

**R**equisita ad fundum census quæ, & qualia sint. pag. 7.

Rescindere alienationem factam de fundo census inuito domino d. census an fieri possit a cessionario. pag. 14.

Redimendi terminus a bulla assignatus an possit prorogari. pag. 24.

Restitutio cui sit facienda vel applicanda ob nō seruata formā cēsus. pag. 27.

S

**S**olutio census quando fieri debeat. pag. 10.

Solutio census anticipate facta sed sponte, & libere an sit cōtra bullā. pag. 11

### AD LECTOREM.

**H**ÆC sunt quæ in hac glos. methodo eiusque Indice adnotare conueniens esse iudicauit; si quid autem in eis desiderari possit, illud ex glos. habebis, quas super instrumento eiusd. bull. eo citius promulgabo, quo ab alijs studijs aliquantulum vacare mihi permissum fuerit, iterum hilari animo accipe quod propria voluntate offero. Vale.

PIVS



PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM  
Dei, Ad perpetuam rei memoriam.



*V*Monus Apostolicae seruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censum contractus; qui ne dum non continentur intra limites a nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos; verum etiam, quod deterius est, contrarijs omnino pactioibus, propter ardentem auaritia stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum praeseferunt: non potuimus, animarum, prout tenemur, saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisficientes, tam graui morbo, letiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annum redditum creari, constitui nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quae pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quae nominatim certis finibus designata sit. Rursum, nisi vere in pecunia numerata, praesentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directae, aut indirectae obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus: quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam; quia volumus rem ipsam semper, & libere, aut sine solutione laudemij, seu quinquagesimae, aut aliterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus Dominum census alijs omnibus praesferri, eique denunciari conditionis, quibus vendenda sit, etiam per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, ut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde adquisitum perdere, aut in aliquam poenam cadere ex toto irrita sint, & nulla. Immo & censum augeri, & nouum creari super eadem vel alia re, in fauorem eiusdem, aut personae per eum suppositae pro censibus temporis, vel praeteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguiri: non obstante etiam longissimi temporis, ac immemorabili, immo centum & plurium annorum praescriptione, non obstantibus aliquibus pactis



paſſis directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus quibuscunque verbis  
aut clausulis concepta ſint. Cum vero traditione præij redditus extinguen-  
dus erit, volumus per bi-meſtre ante id denūciari cui præium dandum erit: &  
poſt denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito præium repeti poſſe: &  
ubi præium, nec volens intra bi-meſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur;  
volumus nihilominus quādocunque redditum extingui poſſe: præia tamē  
ſemper denuncia, de qua ſupra: & non obſtantibus hiſ, de quibus ſupra, idque  
obſervari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec un-  
quam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia præcium cenſus extra  
caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe om-  
nino prohibemus; contractusque ſub alia forma poſthac celebrādos ſœneraticios  
iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſſe, vel  
tacite, contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco vo-  
lumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiſeram ſanctionem, ne dum in cenſu  
nouiter creando, verum etiam; quod in creato quocumque tempore alienando,  
modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſer-  
uari volumus. Declarantes præium ſemel cenſui conſtitutum, numquam poſ-  
ſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad  
ultimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus iā  
celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruene-  
runt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum re-  
ligioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c.  
Dat. Romæ Anno 1568. 14. Kalen. Februarij.

GLOS.



# G L O S.

## Super Bulla Pii Quinti de Censibus,

*Auctore Ioan. Baptista Leon. Bart.  
I. C. Perusino.*



illam in suas partes diuidere more inter  
pretum, cum diuisio in scientijs animum  
legentis incitet, mentem intelligentis  
preparet, & memoriam artificiose re-  
formet glos. recep. super §. igitur in  
ver. easd. institutiones in proem. insit.  
qua de re, vt ad rem me conferam pu-  
to tot. hanc bullam diuidendam esse in  
sex partes, in prima enim habetur inten-  
tio, & eius causa ipsius summ. Ponti-  
ficis: in secunda explicatur forma, &  
qualitas contractus istius census de quo  
in ea: in tertia definitur quid iuris, si cō-  
tractus iste fuerit celebratus sub alia for-  
ma: in quarta habentur duę declaratio-  
nes ad formam, & qualitatem præd.  
in quinta datur consilium de censibus  
sub alia forma ante hanc bullam cele-  
bratis: in sexta, & vltima habentur cla-  
usul. solite apponi in fin. cuiuslib. bullę  
Secunda ibi hac igitur tertia ibi contra-  
ctusq; sub alia forma: quarta ibi hanc au-

tem: quinta ibi, & licet: sexta ibi non  
obstantibus: quo ad primam, adnotan-  
dum est quod ob mala quę oriebantur  
antea in celebratione contractus census  
in presenti constitutione summus Pon-  
tifex intendit illis salutifero remedio  
prouidere, & formam census illiusq;  
qualitates clare decidendo explicare:  
ceterum cum census plures sint species  
vt passim adnot. Docto. & nos dicemus  
infra in glo. 1. non de quolib. censu hæc  
bullam intelligi debet, sed solum de illo,  
qui à Docto. dicitur consignatiuus, &  
tit. oneroso acquisitiuus, quū constitua-  
tur in re propria apud ipsum constituen-  
tem retenta, atq; in alium tit. venditio-  
nis transfertur: quod ad secundam mo-  
re interpretatum esset hic figurandus ca-  
sus, ceterum breuitati studendo more  
glos. loco eius primo adnotare debe-  
mus, an contractus istius census sit in  
vtrōq; foro licitus, & iustus, & propte-  
rea fieri, & celebrari posset sine aliquo  
scrupulo; sol. in foro fori casus videtur  
esse sine difficultate arg. ca. cū dilecti. ca.  
cum causa de emption. l. 2. C. de rescin-  
den. vend. & in istis loc. ptene per Do-  
cto. In foro autem poli, & conscientie  
idem puto regulariter tenendum primo

A per



per can. hæc est fides, & ibi Docto. 24. q. 1. secundo quia tunc contractus onerosus est in isto foro seruandus, quando in eo sunt seruata, quæ sunt de substantia contractus, & de substantia iustitiæ eiusd. vt passim adnotant canonistæ, & præsertim in ca. fin. de vsur. & cum duo ista requisita in theorica reperiantur ob formam huic contractui traditam, & in practica præsupponuntur obseruari merito &c. Sed cum plura veniant circa hoc not. in glo. animaduertenda; Ideo ulterius non insistam. dixi autem regulam riter, quia cum inter requisita ad instrumentum istius contractus quedam locū habeant solum in foro fori, vt suo loco dicemus merito &c. Secundo pro satisfactione multorum adnotan. est quod requisita instrumenti, & contractus istius census per modum summæ sunt ista. videlicet Primum vt census iste non constituatur nisi in re immobili vel pro immobili habita. Secundum quod talis res sit de eius natura fructifera. Tertium quod sit certis finibus designata. Quartum quod acquiratur cum pecunia vere numerata. Quintum quod ista pecuniæ numeratio fiat presentibus testibus, notario, & in actu celebrationis instrumenti, & non aliter. Sextum quod præcium in d. pecunia constitutum sit iustum, & integre solutum. Septimum quod solutiones anticipatæ nec fiant, nec in partem deducantur. Octauum quod conuentiones omnes ad casus fortuitos obligantes vltra naturam contractus nõ adhibeantur. Nonum quod pactum auferens aut restringens facultatem rem alienandi omnino danatur. Decimum quod dominus rei super qua census est fundatus possit illam libere, & sine solutione alicuius quantitatis quouis tit. alienare. 11. quod in casu alienationis rei præd. dominus census debeat alijs præferri. 12. quod dominus rei præd. volens rem præd. alienare debeat alic-

nationis conditiones domino census denunciare, & per mensem expectare. 13. quod non apponantur pacta continentia morosum census debitorem teneri ad quodcumq; interesse, aut aliquam pœnam. 14. quod pro censibus præteritis vel futuris eorumq; solutione census super ead. vel alia re, nec augeri, nec constitui de nouo possit. 15. quod non adhibeantur etiam pacta obligantia ad solutionem diuersorum onerum vltra naturam contractus. 16. quod re perempta intotum, vel pro parte, vel infructuosa facta census similiter intotum, vel pro parte perire debeat. 17. quod non obstante quauis præscriptio- ne, seu pacto possit census pro eod. precio extingui. 18. quod in casu extinctionis census pro eod. precio dominus rei debet per bimestre ante id denuncia- re ei cui præcium est soluendum, & illud non soluendo, possit postea intra annum ad soluendum cogi, & compelli. 19. quod transactis d. temporibus quandocumq; census veniret extinguen- dus pro eod. precio semper obseruari debeat quod in d. 18. requisito haberetur. 20. quod nec etiam pacta apponantur obligantia ad extinctionem census pro eodem precio extra casum supra decisum. 21. quod præcium census iam in esse constituti quauis causa suadente nunquam augeri, nec diminui posset: circa hæc requisita quamuis breuiter, & per modum summæ relata de duobus occurrit dubitare primo an. tot. sint num. pro vt supra relata sunt cum Docto. circa num. eorum non conueniant, cum quidam plura, vt Thomas Boninsæg. quidam pauciora, vt Nauar. Rodqam. & alij illa putent esse, nemo tamen reperitur, qui tot. ea constituat quot supra sunt adnot. sol. requisita ad aliquem contractum, eiusq; instrumentum diuersa ratione considerata possunt esse plura, & respectiue pauciora, unde



vnde vt supra dicebam possent etiam re-  
 duci ad duo capita videlicet ad contra-  
 ctus naturam, & ad iustitiam, seu virtu-  
 tem eiusdem, & cum de hac re infra in  
 glos. sumus dicturi, Ideo in presenti sa-  
 tis erit illud solum adnotare quod in  
 qualib. contrahentium conuentione seu  
 hominis de rebus suis dispositione tria,  
 vt in iure sepe, obseruare valui conside-  
 rantur, videlicet natura talis conuen-  
 tionis, vel dispositionis, instrumentum  
 in quo illa venit explicanda: & virtus,  
 que in ea continetur, hinc est quod re-  
 quisita alia respiciunt naturam talis di-  
 spositionis, & conuentionis, alia solen-  
 nitatem instrumenti, & alia qualitatem  
 virtutis, hinc etiam cognoscitur con-  
 tractus vallis ab inuallido, atq; licitus  
 ab illicito, & cum in presenti non con-  
 ueniat singula adnotare, ideo quantum  
 spectat ad glos. me remitto ad ea que in  
 fra in glos. sumus dicturi, & ita puto du-  
 bium esse solutum: secundo dubitatum  
 & questum fuit an omnia requisita, vt  
 supra relata istius contractus sint seruan-  
 da in foro conscientie sol. vltra id quod  
 supra adnotauimus meo iudicio præter  
 quintum requisitum iudicarem, reliqua  
 omnia in isto foro esse seruanda, & ratio  
 est, quoniam videntur respicere debi-  
 tum iustitiæ, pro vt melius dicimus in-  
 fra in glos. ad quas me remitto, puto ta-  
 men in presenti illud addendum quod  
 hæc obseruantia dupliciter considerari  
 potest, primo quo ad obligationem pec-  
 cati: secundo quo ad obligationem re-  
 stitutionis: vnde ob inobseruantiam  
 istorum requisitorum licet committa-  
 tur peccatum, quod in suo genere est,  
 vt puto mortale, quia cum hæc bulla,  
 vt de ea loquamur sit constitutiva, &  
 præceptiua consequenter transgressio  
 esset directe contra præceptum can. fin.  
 14. q. 1. facit. 15. q. 1. in princ. per tot.  
 & Docto. in ca. nam concupiscen-  
 tiam de constitut. vbi præcipue Abba.

num. 2. & seq. posset confirmari per  
 communem doctrin. Theolog. qua ca-  
 uetur constitut. humanas esse seruan-  
 das in foro conscientie: quo ad obliga-  
 tionem vero restitutionis meo iudicio  
 opus est destinari. quia per huiusmodi cõ-  
 tractum, aut altera pars est grauata, &  
 lesa aliquo modo in re, vel iure suo, &  
 tunc oritur obligatio ad restitutionem  
 iuxta doct. D. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 1.  
 Sor. lib. 4. de iusti. & iu. q. 6. ar. 1. fa-  
 cit ca. sepe de restit. spoliat. cum vulg.  
 aut talis lesio, & grauumen causatum  
 non fuit, & tunc secus est dicendum, ac  
 tenendum, quia secundum communem  
 doctrin. restitutio est actus commutati-  
 ue iustitiæ, & consequenter vbi iustitia  
 non est lesa, & contra eam aliquid non  
 est factum, nec etiam restitutioni est lo-  
 cus merito &c. quo ad tertiam par. no-  
 tandum est ex ea quod si clausula ista  
 non fuisset apposita in fine huius bullæ  
 contractus contra eam celebratus tene-  
 ret, & valeret; licet transgressor pec-  
 casset Doct. comuniter in l. non dubium  
 C. de legibus &c. vnde vigore istius  
 clausul. non solum actus est nullus, sed  
 etiam dicitur nullus ipso iure, vt Doct.  
 ad not. in d. l. quo ad quartam part.  
 not. ex ea. quod lex licet regulariter fu-  
 turis negocijs det formam aliquando ta-  
 men etiam præterita regulare debet ca.  
 fin. & ibi canonist. comuniter de con-  
 stitut. not. secundo quod leges non tan-  
 tum debent negocijs formam dare, ve-  
 rum etiam iam statuta aliquando decla-  
 rare l. leges la 3. & l. fin. C. de legib. &  
 ibi Doct. &c. quo ad quintam part. not.  
 quod sicut omnis lex reducitur ad duo  
 capita videlicet præceptum, & consi-  
 lium ca. fin. 14. q. 1. & ex hac bulla cla-  
 rissime cognoscitur, itaqueq; præcep-  
 tum obligat ad peccatum secus consi-  
 lium Abba. & alij in ca. nam concu-  
 piscentiam: de constit. &c. quo ad vlti-  
 mam part. not. quod maxima est vti-



litatis in fine cuiuslibet constitutionis apponere huiusmodi clausulam. tum quia constitutio magis firma, & magis valida demonstratur, tum etiam quoniam manifeste cognoscitur quæ nam sit prior, & quæ posterior, cum de ill. humanis sæpe circa prioritatem ipsarum dabitur, imo bonum esset omnes ipsarum circumstantias adnotare iuxta tradit. à tur. crema. super proem. decret. quest. 12. per tot. & c. quibus omnibus adnot. & absolutis iuxta propositum institutum sequitur nunc, ut veniamus ad text. eiusdem bullæ expositionem, quam interpretari intendimus solum per modum & methodum glos. cum breuitas interpretationum legentibus magis placere solet, atq; delectet & c.

*Cum onus Apostolica seruitutis obeuntes cognouerimus in numeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus,*

Glos. 1.

Est doctrina communiter recepta in primis adnot. quid sit id de quo sit habenda oratio l. 1. ff. si cert. peten. l. 1. ff. de dolo. iusti. can. de iur. can. in prin. cū vulg. hinc est quod in præseti, ut eam obseruemus, prius scire debemus quod census alius dicitur publicus, alius vero priuatus. de publico in vniuersali multa docet Bened. Boni. Cortonenf. in suo tracta. de censibus cap. seu art. 2. & 3. per tot. Iohan. Bapt. Lup. in sua repet. super l. 2. §. 2. nu. 52. vsq; ad n. 55. vers. census modo C. de action. empt. & videtur intelligendus tit. tam in ff. quam in decretal. de censibus, & fot. lib. 6. de iust. & iur. quest. 5. art. 1. in prin. sol. quest. census autem priuatus de quo in præseti bulla tractatur definitur à Sor. in d. quest. & art. quod sit ius percipiendi pensionem siue infructibus

siue in pecunia, vel re aliqua vtili: hanc definitionem approbat Io. Bapt. Lupus in d. l. & §. n. 56. licet autem aliter definitur à Corrado in suo tract. de contractibus. quest. 72. in prin. & ab Angel. in sua sum. in verb. census, & à Nauar. in suo commentar. de vsur. nu. 69. & seq. ver. vigesimo secundo, & à Thom. Beninfig. in tract. de contract. tit. de censibus. cap. 2. n. 1. quoniam tamen huiusmodi definitiones quo ad substantiam nõ videtur admodum differre, Ideo vltius procedendo de voce census, non puto necessarium hic aliquid adnot. sed remitto studiosum ad eundem Bened. in d. tracta. art. 4. per tot. licet autem ex descriptione assignata, census vnã speciem videatur habere: Doctores tamen plures adnotant, vnde Sor. in d. q. & art. dicit quod census iste alius est reueruatius quo constituitur quãdo quis dat alteri rem suam, & sibi reuertuat censum l. fin. C. de rei. permutata, alius dicitur consignatius. quia constituitur quando quis retentis proprijs bonis consignat alteri certam pensionem, atq; de isto proprie loquitur hæc bulla, item census secundum aliam diuisionem alius dicitur realis, quia constituitur super re. e.g. prædijs, alius vero est personalis, quia constituitur super persona. Item census iuxta aliam diuisionem alius dicitur fructuarius (quia percipitur, & soluitur in tot. fructibus. alius vero est pecuniarius, quoniam percipitur, & soluitur in pecunia. Item census adhuc alius est certus, alius vero incertus, quia aliquando fructus vel pecunia taxatur, aliquando vero secus: cum solum quõta ipsa declaretur. rursus secundum aliam diuisionem alius est perpetuus alius temporalis: Item alter est ad certum tempus putã ad 30. annos, alter vero ad tempus incertum puta durante vita. vltimo census dicitur redimibilis, alius vero non redimibilis quia aliquid quando



quando redimi potest, & aliquando fecus: hæc Sot. ead. de censu distinctio nes videt approbare Lupus in d. l. & §. à d. nu. 16. cum pluribus seq. & ante eos illas nos docuit Corrad. in d. quest. 72. ver. tertia suppositio. An autem omnes istę diuisiones sint de iure admitten de infra suis loc. dicemus; licet autem contractus census regulariter iustus, & legitimus reputari debeat, tam per hanc bull. & alias summorum Pontif. quã etiam per ea quę nos docent Docto. in lo. adduct. quibus add. Coua lib. 3. ver. resol. cap. 7. nu. 2. per plur. col. quando tamen huiusmodi regula limitari de beat infra suis locis conuenit adnotare.

*Qui ne dum non continentur intra limites a nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos.*

Glof. 2.

Contra si contractus censuum erant liciti per alias summorum Pontificum bullas, si tamen illę seruatę fuerint, ergo non erat necessaria alia prouisio, & consequenter hæc bull. in hac parte videtur superflua, sol. causa alicuius nouę constit. aliquando est multiplex, vt etiam adnot. super bulla societ. officior. vn de hæc nostra videtur necessaria, primo ad remouendum abusum fortasse introductum contra alias summorum Pontific. bullas secundo ad maiorem declarationem forme, quę seruari debet in celebratione istius contractus, tertio ad remouenda quędam illicita pacta, quę insuper adhiberi solebant, vt in seq. gl. dicemus, & propterea obiectio videtur omnino cessare: sicut enim Concil. Trident. multas constituit. promulgauit, nõ tamen per illas aliquid de nouo statuendo, sed iam statuta de iure communi, vel de iure ex. vaganti renouando, ita etiam hoc idem videtur facere præsens

hęc constituit. per doctrin. autem communiter traditam à Canonistis super ca. si. de constit. qua cauetur constit. aliam esse declaratiuam, & aliam constitutiua; hæc nra potius videtur dicenda declaratiua quam aliter iudicarem tamen ipsam mixtam esse reputari. &c.

*Verum etiam quod deterius est contrarijs omnino pactionibus, propterea ardentem auaritię stimulum Legum etiam diuinarum manifestum contentum præferunt.*

Glof. 3.

Glof. super ca. pleriq; in ver. præcepta 14. q. 3. docet quod in modis in contractibus committitur fraus, videlicet de re ad rem, de persona ad personam, de contractu ad contractum, & de eod. contractu, ad eund. modo tamen diuerso: hinc difficile est cognoscere contractum simulatum; ex hac distin. puto inferendum quod licet aliquando in leatura contractus nulla penitus appareat iniustitia per media tñ ext. contractum de sumpta cognoscitur illum esse illicitum: & propterea lo. Bapt. Lup. in sua repetit. super l. 2. §. 1. per tot. C. de pact. in ter empt. & vendit. adnot. diuersas coniecturas ad cognoscendum contractum illicitum: vt autem distincte in præsentia aliquid adnot. puto dicendum quod quis dicitur ledere proximum aliquando inducendo illum ad donandum, vel ad testandum, vel ad testificandum, & huiusmodi casus non pertinent ad rem propositam, de istis tamen posset adnotari, text. in l. 2. ff. mandati. in huiusmodi. casibus aliquando potest considerari peccatum tantum, & aliquando etiam obligatio ad restituendum iuxta adnot. à Canonist. in ca. fin. de simoni. 2. proximus ledi potest per contractum onerosum sicut est iste contractus census, & tunc talis



alis contractus tripliciter considerari, & reperiri posset, videlicet vt est licitus vt est illicitus, & vt est nullus: quilibet autem istorum ex eo cognoscitur, quia si sunt obseruata quæ sunt de substantia contractus, sine dubio erit validus, secus aliter: Item si obseruata fuerint quæ sunt de substantia iustitiæ contractus, erit iustus, & licitus secus aliter: Item pacta, conditiones, modi, & causæ quæ insuper in contractu adhibentur, quædam dannantur à lege, & à iure, & ista si adhibeantur regulariter dicuntur vitia re, aliquando vero secus, atq; de istis videndi sunt canonist. super ca. fin. de pactis, & in ca. fin. de condit. apposit. cum adduct. in d. loc. quædam vero sūt de iure permilla, sed sepe contingit, quod si apposita reperiuntur in aliquo contractu, ita quod destruant naturam illius sicuti exemplum habemus in ca. nauiganti, in prin. de vfuris, tunc dicuntur vitare, vt in d. ca. deciditur, secus aliter. istas distinct. adnot. ex ijs quæ nos docent Docto. & præcipue Bero. super d. ca. nauiganti merito.

*Non potuimus animarum pro vt tenemur saluti consulentes, ac piarū mentium petitionibus etiam satisfaciētes tam graui morbo letiferoq; veneno saluari antidoto non mederi.*

Glos. 4.

Obseruo in iure quasdam constitutiones esse seruandas in foro fori tantum quasdam in foro poli solum, quasdam in vtroq; simul, & quasdam deniq; in neutro: primo modo sunt omnes illæ confit. quibus cauetur solemnitate à iure traditam esse seruandam, vt contingit in alienat. rerum Ecclesie ca. nulli. de reb. Ecclesijs non alienan. ca. sine except. 12. q. 2. auth. hoc eius porrec. C. de sacrosant. Eccles. cum simil. quæ

solēnitates in foro conscientienō videtur necessariē secundum vnam opinionem quam puto veram Docto. & præcipue Abbas. in ca. quia pleriq; de immunita: & in ca. cum esses de testamen. vbi Co. uar. tenet opp. In altero vero foro illæ sunt seruandæ quæ in gratiam illius sunt promulgatæ, vt est ca. Deus. de pœnitent. & remiss. & ad istum text. Menoc. lib. 2. de arbit. iudi. casu 391. D. Tho. in 3. par. sum. q. 9. art. 7. item ca. 1. de pœnit. dist. 5. in ca. 1. de pœnit. dist. 6. cum simil. de vtroq; autem foro habemus text. in ca. fin. de præscrip. & regulariter omnis lex humana dummodo sit iusta Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. ar. 4. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. cum simil. in neutro deniq; foro illæ leges nō sunt seruandæ quæ sunt in iustæ iuxta doct. D. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 4. communiter recept. vel sunt reuocatæ, & abrogatæ iuxta tamen ea quæ nos cōmuniter docent doct. in ca. 1. de const. vnde ijs præmissis quereret aliquis qualis reputari debeat hæc bulla, licet quæ situm propositum sit meo iudicio difficilis solut. ob quest. de solennitate iuris de qua dicebam supra; respōderi tamen potest. quod cum hæc bulla duo videatur decidere videlicet, quid requiratur ad substantiam iustitiæ istius contractus, secundo quid requiratur ad euitandas fraudes sub prim. respectu dicerē ipsam esse seruandam in vtroq; foro licet principaliter in foro animæ: at secundo modo videtur seruanda in foro fori tantum per ea, quæ supra adnot. hoc tamen puto dicendum, iuxta iam dicta, & infra dicenda.

*Hac igitur nostra constitutione statuimus censum seu annuum redditum creari constituuiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut qua pro immobili habeatur de sui natura fru-*



*fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.*

Glof. 5.

In hac pernicula summus Pont. adnotat. super qua re census constitui debeat per censum enim intelligere debemus non ius percipiendi pensionem, sed ipsammet pensionem quæ nil aliud videtur significare nisi quoddam utile onus super re aliqua impositum, quæ quidem res per hanc constit. & bull. tres conditiones debet habere, videlicet primo ut sit res immobilis, vel pro immobili habeatur, secundo ut sit de eius natura fructifera, tertio ut nominatim sit certis finibus designata, per primam conditionem videtur abrogatum contract. census personabilis; licet autem possit teneri oppositum, tamen ne limit. glo. tra. scendam ne remitto ad ea, quæ docet Nauar. in suo comen. de vsur. num. 81 & sequen. Thom. Bon. in tracta. de contract. tit. de censib. cap. 4. Corrad. in tracta. de contractib. quest. 74. Sor. lib. 6. de iustitia, & iure q. 5. art. pr. concl. 4. Io. de med. in suo cod. de contractib. & restitut. tit. de censib. quest. xi. vers. sed quæret aliquis, secundo per eandem conditionem census imponi non possit super aliqua alia re, ut sunt res se mouentes, item certi redditus quos quis aliquando habet ut sunt in Vrbe redditus Ripe, & simil. dicas tamen pro ut docet idem Io. à med. in d. q. vers. sequitur amplius il 4. Benedic. Bon. in d. suo tracta. de censib. art. 10. & sequent. hæc autem alia res cum possit esse diuersa, ideo ultra doct. adductos videndus est Petrus Foller. in sua cens. praxi. §. siue vers. census enim dici solet nu. 6. vsq; ad nu. 52. vbi explicantur res super quibus census imponi possit: Per secundam conditionem notorie constat quod excluduntur res ex quibus fructus percipi nequeunt, ut hoc idem do-

cet Io. de mdin. d. q. xi. vers. sequitur amplius il secundo hinc soluitur etiam dubium, an videlicet constitui possit super proprietate fundi in quo aliquis habet vsum fructu ut videri potest apud. foller. tracta. & §. super cita. nu. 44. 45 & Benedic. in d. tracta. art. 10. fructus autem isti cuius quantitatis debeant esse docet idem Io. à medin. in d. q. vers. sequitur amplius il terzo: causa autem istius conditionis, & requisiti adeo videtur clara, ut vanum esset clariorem reddere: quæret modo aliquis, an census constitui possit super re, quæ licet non sit fructifera, talis tamen per artem fieri possit, Solue regulariter negat. videtur esse respondendum cum interim census solui non possit, hæc tamen regula possit aliquando limitari secundum qualitatem rei, & contract. arg. §. constituitur, & ibi glo. & Docto. institution. de vsu fructu. Vide tamen Benedic. in d. suo tracta. art. 12. cum adduct. per per eum. Per tertiam deniq; conditionem dissoluitur questio quæ erat inter Doctores, an videlicet census imponi possit super rebus incertis, ut videri potest apud Io. Bapt. Lup. in d. sua repet. super l. 2. §. 2. nu. 63. per tot. C. de pact. inter empt. & vendit. si n. fundus ipsius census possit esse incertus possit etiam constitui sine re, quod non est verum foller. in d. tracta. & §. num. 50. de hac autem conditione videndus est Nauar. in d. suo comentar. de vsur. nu. 86. hæc conditio ex eo videtur statuta a Pontifice ut census extingui possit ad extinctionem fundi sicuti vsufructu. iux. l. quid tamen ff. quibus modo vsufructu. amit. §. fin. institu. eod. licet autem summus Pontifex præsuponat quod res illa super qua census constituitur sit in dubio ipsius constituentis, dubitatur tamen an etiam in rebus alterius constitui possit per l. re alienam ff. de contrahend. empt. videtur affirmatiue esse respondendum



dum ceterum sol. vel pro vt docet Corrad. in d. suo tracta. quest. 78. vel distinguendo videlicet an constituens possideat huiusmodi rem tanquam suam, vel non possideat, & tunc vel cum consensu possessoris, vel sine iure: vnde sequitur, quod secundum qualitatem casus contingens aliquando constitui posset & aliquando secus, sed quid iuris, si de facto constitutus esset census super fundo, qui nec est ipsius constituentis, nec cum consensu ipsius domini id factum fuit: sol. contractus erit nullus, & iniustus, nullus quia caret. eo quod est de substantia contractus iniustus, quia est contra ea que sunt de iustitia iux. adno. supra in alijs glo. ad mentem Docto. super ca. nauiganti de vsur. vnde daretur ius repeten. præcium iux. l. domum ff. de contrahen. empt. pro vt infra suo loco etiam dicemus.

*Rursum nisi vere in pecunia numerata.*

Glos. 6.

Neminem hætenus vidi qui dubitet de isto contractu census vt non sit emptionis, & venditionis, & propterea ex. vagan. Martini. V. & Calisti III. collocata sunt à compilatoribus sub tit. de empt. & vendit. vt legimus in ex. vagan. communibus, hinc est quod contractus iste celebrari debet cum pœcunia numerata quemadmodum est necessarium in contractu emptionis l. i. ff. de contrahen. empt. §. 1. & 2. institat eod. & cum pœcunia ista in isto contractu fit & dicatur præcium non est opus hic de eius qualitate, natura, specificatione, taxatione, & solutione aliquid adnot. cum de omnibus istis plene, & docte per tract. & multa nos docent Fabianus de Mont. in suo tracta. de empt. & vendit. quest. 5. prin. à prin. vsq; ad nu. 46. ver. sequitur secunda pars. sed quo

niam sepe contingit in qualibet Ciuitate pecuniam reperiri auream argenteam, & aream, atq; contrahentes nihil dixerunt de huiusmodi moneta qualitate propterea sepe dubitatur pro vt infacto vidi de qua moneta intellexerunt in solutione aliqua facienda. Sol. attenditur consuetudo ant. de but. in ca. quanto, nu. 13. de iure iuran. atq; ibi etiam alij Docto. cum ibi tractetur materia huiusmodi solutionum: sed quid iuris esset si de facto census fuisset ab aliquo acquisitus, non cum pecunia, pro vt bulla hic dicit, & determinat, sed cum aliqua alia re: sol. puto distinguendum quia aut quest. est intelligenda de censu iam constituto in esse, vt e. g. Titius emit census à Sempronio, & modo intendit illum cum aliqua re permutare & sic videtur de iure id licitum esse iuxta tot tit. ff. & C. ac etiam decretal. de rerum permutat. nisi tamen fraus interueniat sicut enim vniciq; licitum est rem suam permutare cum alia vt in d. iurib. cauetur, ita quoq; debet esse licitum permutare censum: aut intelligitur de prima constitutione eiusdem eiusq; emptione, & tunc opp. puto dicendum cum hoc casu hæc bulla resistat, & sic verificatur l. non dubium C. de legib. & ibi doct. in casu enim isto diceretur commissa fraus de contractu ad contractum atq; hæc solutio apparet etiam in practica, & in veroq; foro vera: quod autem d. præcium tali casu interuenire debeat, nemo est, qui dubitet, vt ceteris omnis videri potest apud Ioan. de Medin. in d. cod. q. 12. per tot. & quoniam de eo plura infra sumus dicturi, ideo in præfenti illud solum adnot. debet ant. tot. contractus corruat si pars præcij in alia re soluta, esset Sol. affirmatiue videtur esse respondendum, quia forma contractus est indiuisibilis sicut obligatio merito.



*Præsentibus testibus, ac not. & in actu celebrationis instrumenti.*

Glof. 7.

Clarissime cõstat ex hac partic. quod istud requisitum est quædam solennitas extrinseca, quæ an seruari debent in vtroq; foro, non videt omnino clarum solutio tamen eius dependet ab illa qu. an videlicet solennitates iuris sint seruan dæ in foro conscientie de qua vt supra dicebam videndi sunt Docto. & præcipue couan. in ca. cum esse de testame. & in ca. quia pleniq; vbi præcipue Abb. de immunit. Eccles. ego enim sepe dixi openionem negatiuam esse magis verã, quia huiusmodi solennitates, videntur in uentæ, & introductæ ad euitandas fraudes quæ in isto foro locum non habent. Præterea intelligentia huius particul. duplex esse videtur primo vt emptor census præsentibus testibus, & not. soluãt præcium, atq; iste intellectus est verus & in pract. obseruatur secundo vt præsentibus testibus, & not. emptor debet non solum præcium soluere, sed etiam numerare, atq; sub isto intellectu hæc bulla in hac part. non fuit vsu recepta prout necess. esse videbatur iux. tradit. per Filin. in cap. 1. ver. noua l. cum sequentibus de treg. & pace Roland. à Valle conf. 99. vel secundo, & probat. test. in Canon. 3. §. ll. distinctione 4. hinc est quod fere nunquam pœcunia numeratur præsentibus testibus, & not. sed solum soluitur.

*Non autem prius recepto integro iustoque præcio.*

Glof. 8.

Ex hac particula videtur soluta illa quest. quam examinat Nauarr. in d. suo coment. de vsur. nu. 88. vers. est tamen quest. videlicet præciũ solui debet præsentibus testib. & not. prout supra

adnot. sequitur. quod census acquiri ne queat cum credito pecuniario quod emptor habebat cum creditore, an autem hæc decisio sit similiter seruanda in foro conscientie difficultatem habet, vt adnot. Nauarr. videtur tamen aff. respon. præsupposito quod non addi dolus, nec lesio vendit. prout etiam iste Doct. hoc idem videtur approbare, inforon. isto non est prohibita compensatio, vt adnot. Tho. Bonins. in d. suo tract. de contractib. tit. de Lud cap. 12. & Io. de Medln. omnino vedendus in d. suo Cod. q. tertia de causis liberantibus debitorem vers. 12. causa est, vbi plene declarat materiam compensationis, vnde ad hanc præcij solutionem tria requiruntur, primum vt fiat in celeb. contract. secundo vt soluatur integrum, tertium vt sit iustum, quo ad primum iam diximus hic supra, quid circa ipsum adnotari debeat, quibus addi potest, quod docet Nauar. loc. cit. nu. 89 quo ad secundum per hoc videtur derogatũ iuri communi quo cauetur quod in emptione non requiritur præcij solutio dũmodo aliter de eo satisfactum sit l. quod vendidi. l. vt res. ff. de contrahen. em pt. §. venditæ inst de rerum diuisione, cum similib. Sed quid iuris, si de facto integrum præcium solutum nõ esset, vt sepe contingit sol. ob contractus formam saperet vsuram venditori tñ competeret ius ad præcium eiusq; interesse consequendum l. Iulianus §. ex vendit. ff. de actio. empt. & ibi Docto. facit l. curabit. cum sua materia C. eod. & Socin. Sen. in conf. 88. & 130. vol. 4 plene declarat ad quid reneatur emptor ob retardatam præcij solutionem, sed vtrum peti posset contractum declarari nullum. Sol. videtur affirm. esse respondendum, ex quo infra in hac bulla habetur clausul. Irritan. & ibi dicemus his auedit l. nun dubium, & ibi Doctores. C. de legib. quo ad tertium scire iustũ



precium difficilis est solutionis tum ex natura rei, tum etiam ob varias Docto. opinion. vt videri potest apud Io. Bap. Lup. in d. sua repet. super l. 2. §. 2. n. 64. C. de pact. inter empt. Io. a med. in d. q. 12. ver. ad secundum post princ. folleri omnino adnotan. in d. sua pract. §. seu vers. vidistis enim superiori loco à prin. cū pluribus numeris seq. regulariter enim videtur attendenda l. preçia rerum ff. ad l. falcid. couar. lib. 2. vorar. resolut. cap. 3. in prin. & n. 4. Docto. præcipue Abbas in ca. cum causa de testib. licet autem regulariter id sit dicendum, in materia tñ. propofita iustum prætium posset fortasse ex tali distinctione cognosci, quod aut reperitur declaratum à legitimo superiori, & tunc vltierus non est querendum. Sot. lib. 6. de iustit. & iur. quest. 2. ar. 3. aut non est à lege, & legislat. definitum, & tunc licet regula supra adnot. seruari debeat illaq, confirmatur per ea quæ nos Doct. canonist. in ca. 1. 2. de emp. quoniam tñ præcium istud habet latitudinem cum aliud sit rigorosum, aliud infimum, & aliud mediocre, vt docet Sot. in d. art. atq; difficile sit quodlibet istorum cognoscere. Ideo dicimus quod cum bonum costet ex tota causa l. 1. ff. de orig. vir. & bonum morale ex omnibus conrstantijs D. Thom. 1. 2. q. 18. ar. 3. & propterea turr. crema. super dist. 5. de pēnit. in prin. q. 1. docet quod circumstantiæ aliquando diminuūt & aggrauant peccatum ex quo videtur de iur. inferendum quod d. præcij latitudo, eiusq; gradus cognosci nequeant nisi per obseruantiam dictarum circumstantiarum hinc est etiam quod iustum præcium ob varietatem istarum circumstantiarum continuo in practica variatur iux. tradi. à Corrad. in suo tract. de contrac. q. 56. & glo. super ca. cū causa in ver. ad aliū in fi. de testib. & ibi doct. communiter, & ita ex his cognosci pos-

set iustum præcium istius census, de quo plura docet in hac tñ materia etiam couar. lib. 3. var. ref. cap. 10. fere per tot. Tiraq. in tract. de retract. confan. §. 1. glo. 6. n. 17. 18. & seq. & Benedict. Bonius in d. suo tract. art. 8. per tot. ex hac bulla in ista particul. cessant hodie ille quæst. quod contrahētibus sit licitū scipeos decipere, & quod res tanti valet, quanti vendi potest de quibus varijs in loc. pertractant Doct. præcipue tamen Corrad. in d. suo tract. de contract. quæst. 57. cum ibi ad not.

*Solutiones quas vulgo anticipatās appellant fieri aut in pact. deduci prohibemus.*

Glos. 9.

Debitor tribus modis reperitur obligatus videlicet pure in diem, & sub cōdictione §. omnis stipulatio, vt ibi glo. & Doct. institut. de verb. obligat. unde debitor census erit in diem quia vendidit annum censum: licet autem distinguantur casus in quibus annum debitum solui debeat in princ. vel in fine anni glof. super §. at si ita in ver. annuos, & ibi Docto. instit. eod. l. qui hoc anno ff. de verb. obliga. vna cum Bart. & alijs facit tot tit. ff. & C. quando dislega. cedat in præsentī tamen materia videtur cessare omnis difficultas, quia census solui non debet antea, sed infine, vel semestris, vel anni, & cum tempus illum soluendi à partibus definiti sollet, vt fiat in fine cuiuslibet semestri illo transacto debitor diceretur constitutus in mora. l. magnam C. de contrahe. stipula. ca. potuit de locato, vnde si vult vel moram vel penam eius euitare vel debet soluere, & tenetur ire ad datum creditoris Nicola de milis in suo repertor. in ver. debitor tenetur; & ante eum Bart. in l. item illa num. 9. ff. de

Con



constit. pæcun. vel debitum deponere Bald. in l. acceptam, & ibi etiam tex. C. de vsut. Menoch. omnino videndus in lib. 2. de arbit. iudic. casu 232. per tot. ex hac particul. habemus conclus. quod anticipata solutio nec fieri, nec in pactum deduci potest: dubitatur tamen primo, & queritur quid iuris, si facta fuerit à debitore sponte, & libere nulla penitus præcedente conventionione per hanc particul. videtur negativè esse respondendum quod videlicet non teneat, sed sol. distinguendo quod aut creditor habuit intentionem recipiendo huiusmodi anticipatas solutiones, & tunc distinguendum esset de primaria, vel secundaria intentione ipsius creditoris iuxta glo. comuniter recept. in ca. consolut in ver. sperantes de vsuris: text. enim bullæ quando dicit quod anticipate solutiones fieri nequeant, ita intelligi debet quod emptor census non debet illum emere illa principali intentione vt videlicet sibi fiant istæ anticipatæ solutiones, & hoc dicit arg. d. glof. & text. ibi glo. & Docto. in ca. fin. de Simon. sicut enim vsuræ, & Simonia peccatum committeretur ob intentionem depravatam, vt in d. locis cauetur, ita etiam hoc idem contingeret in præsentî casu, & ista videtur intelligentia bullæ in ista particul. ceterum si de facto debitor faceret huiusmodi solutiones ex quo libere essent (facte omnino tenerent iuxta Doct. D. Thom. comuniter recept. 2. 2. quæst. 78. art. 2. Sot. lib. 6. de iusti. & iur. quæst. 1. art. 2. & ego tanquam aduocatus in iudicio obtinui in quadam causa census criminaliter intentæ, quod enim sponte soluitur nulla lege cauetur vt accipi nequeat: dubitatur secundo circa eand. conclus. & queritur quid iuris si de facto in isto contract. appositum esset pactû de solutionibus anticipatis faciendis, & successiue illæ factæ essent, sol. contra-

ctus saperet vsuram, & solutiones istæ idem significarét cum tale pactum causet vsuram ex quo tendit ad lesionem partis iuxta D. Thom. Sot. & alios in locis supra cita. & cum aliud sit vsura, & aliud peccatum vsuræ, vt adnotat. canonist. in d. ca. fi. de simon. Ideo in bulla legimus solutiones anticipatas nõ fieri ad euitandum peccatum aut in pactum deduci ad euitandum vsuram, iux. declarationem supra factam.

*Conventiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum qui alias ex natura contractus non tenetur nullo modo valere volumus.*

Glof. 10.

Intentio Pontificis in hac particul. illa videtur esse videlicet definire quod emptor census debet se exponere casibus fortuitis, quia sicut periculum, & commodum rei venditæ postquam venditio perfecta fuerit pertinet ad emptorem l. necessario, & per tot. ff. de periculo. & commodum rei vend. cum vulg. ita etiam hoc idem erat dicendum de venditione census secundum tamen qualitatem contractus: hinc not. primo quod qualitas quæ esset contra iustitiam contractus nulla via potest in pactum deduci, & adhuc faciunt quæ comuniter adnotant Docto. super ca. nauiganti de vsuris explicando princ. illius decretal. vnde in hoc verificatur regul. cum quid de regul. iur. in 6. not. 2. quid in hoc contractu casus fortuiti nequeant deduci in pactum licet aliter de iure, Id permittatur Gomez in suo tract. de contractibus. cap. 3. num. 19. fere inf. & propterea tam venditor census, quæ eiusd. emptor ad illos fortuitos casus teneretur, ad quos ex natura contractus esset obligatus: casus autem isti considerari possent, vel quo ad censum

B ij ipsum



ipsum, vel quo ad fundum in quo census est impositus, & constitutus, primo modo quaritur an census propter sterilitatem debeat remitti ad similitudinem locationis iuxta ca. propter sterilitatem de locato l. si merces. §. vis maior ff. eod. l. licet certis C. eod. & in istis loc. docto. sol. videtur de iure esse respondendum remissionem aliquam non esse faciendam quia in d. iuribus deciditur, & Doctores comuniter admittunt, quod quando sterilitas compensari potest cum veritate annorum vel sequentium vel precedentium non est locus alicui remissioni, possent assignari alię rationes, sed brevitatis causa non videtur necessarium: At secundo respectu vel dubium est nullum vel difficilis est solutio, quando igitur dubitatur, & queritur quid iuris si fundus census, vel pars eius pereat, ex quo dominium, & possessio illius remanet apud ipsum venditorem census consequenter eiusdem videtur esse periculum, & damnum, nihilominus de iure congruentius responderi debet quod huiusmodi dannum, & periculum pertineat ademptorem census, quia bulla, & Pontifex hoc videtur intellexisse in ista particul. 2. si census ex tali fundo defumi, & solui debet, & fundus amplius non adest, nec etiam census existere, & dari debet, possent hæc solutio commode confirmari per l. quid tamen, & per l. si ager. ff. quib. mod. usufruct. amitta. §. si. in situ. eod. cum simil. Thom. benmsig. in d. suo tracta. d. tit. de censib. cap. 7. atq; hac etiam de causa supra videtur statutum, quod res super qua census fundari debet certis finibus debeat esse descripta, quid autem intelligere debeamus per casus istos fortuitos non videtur omnino clarum, videndus est tamen text. & ibi Docto. in l. fistulas §. si. ff. de contrahen. empr. 3. l. quæ fortuitis C. de pignora action. Menoch. lib.

2. de arbit. vid. casu 80. per tot. cum simil. 3.

*Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam.*

Glos. II.

Præsupponit summus Pontifex, quod venditor census remaneat, & dominus & possessor illius rei immobilis in qua census constitutus fuit ex quo sequitur quod debeat etiam reputari illius moderator, & arbitet iux. l. in re mandata, C. manda. vnde pactum quo facultas alienandi huiusmodi rem tolleretur, vel diminueretur, iure quidem debet reputari illicitum, si enim testator nequit prohibere alienationem heredi nisi cum causa iux. l. filius famil. §. diui. ff. de lega. 1. & ibi Docto. comuniter, multo minus ad instantiam emptoris illa prohiberi debebat in casu proposito: sed contra si de facto talis res esset à venditore census alienata ex quo ex illa non perciperet amplius fructum non posset amplius censum soluere, quod videtur max. inconuenies, quia vel emptori competere ius repetendi præcium, & sic daretur occasio ad usuram, vel venditor solueret censum ex fructibus aliunde perceptis, quæ quidem cum sint contra bullam merito 2. Sol. cum hæc obiectionis solutio dependeat meo iudicio ab intelligentia & præcij, & valoris rei censui suppositæ, Ideo præmittendum est quod valor, & præcium istius rei præsupposito isto onere est longe minoris quantitatis quam si esset libera, quia si pactum de reuendendo est causa minoris præcij, & valoris, vt communiter admittunt Doct. & adnot. supra in glo. 8. hoc idem, & multo magis est dicendum de isto onere census: ex quo sequitur quod talis rei emptor sicut minoris



nori pracio præsumitur emisse, ita quoq; conueniri posset ad soluendum censum atq; hoc idem videtur sentire Nauar. in d. suo coment. num. 114. & post eum Thom. Bonin. in d. suo tracta. & tit. cap. 8. Coua. omnino videndas lib. 3. cap. 7. num. 6. & in fin. & cum emptori census diuersa competat actio, Ideo not. istum. Docto. à d. num. vsq; ad fin. cap. hinc not. vna cum Nauar. loco cita. num. 115. quod quodcunq. pact. possit diminuire d. libertatem alienandi semper debet reputari illicitum ex quo emptor per deducta non dannificatur in iure suo &c.

*Quia volumus rem ipsam semper  
& libere, ac sine solutione laudemij,  
seu quinquagesimæ, aut alterius quæ  
titatis, vel rei.*

Glof. 12.

Sed contra si res censui supposita in casu alienationis debet alienari libere, & sine solutione alicuius laudemij, seu alterius rei quomodocunq; nominetur pro ut in hac particul. deciditur ergo falsum erit id quod in superiori glof. ad notauimus, cum talis res tanquam libera alienari nõ poterat, vt ibi dicebamus sol. hæc particul. dupliciter intelligi potest primo quatenus significat liberam domini potestatem volentis illam alienare: quæ cum diminueretur, si dominus teneretur soluere laudemium, vel quid simile, Ideo addita fuit hæc particula, atq; hæc intelligentia videtur vera ponderando illa verb. quia volumus quæ coniungunt hanc particul. cum superiori, & sic respicit d. potestatem alienandi. secundo quod res ista tanquam libera alienari debeat, pro vt in obiectione dicitur, atq; hæc intelligentia non est modo aliquo sequenda, quia sequeretur illud inconueniens quod in

obiectione adducebatur, confirmatur quia minus valet res alicui oneri subiecta, quæ res libera Couar. lib. 3. vari. resolut. cap. 10. num. 1. glof. not. super ca. cum causa in ver. ad alium fere in fin. de testib. cum similit. quid autem intelligere debeamus per laudemium, aut quinquagesimum non videtur dubium in iure peritis, quia clarus in Semphiteusis quæst. 23. Docto. super l. fin. C. de iur. emphyreæ vbi præcipue Ioan. Corasii num. 20. & seqq. declaran. verb. tex. nisi quinquagesimam partem, & Ioan. Ferra. fere in fin. ver. ad rei replicationem per duas pag. plene declarant quod isti termini significat id quod soluitur domino quando consentit alienationi rei emphiteul. pro ut in d. l. fi. cauetur: hinc not. quod iste contractus maxime differt à contractu luallar. & emphiteusico, vt plene docet Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 1. per tot. Boninseg. loco cit. cap. 8. licet autè regulariter isti duo contractus differant inter se tamen in non nullis conueniunt, & sunt similes folleri. in d. sua prac. censual. ver. fin. qui incipit notatur in isto textu 3. hinc habemus quod nec à fisco, nec à creditoribus bona censui supposita occupari possunt; In dubio autem an contractus debeat reputari censualis, vel emphiteusicus examinat Nauar. in d. suo commen. num. 109. per tot. vnde ad eum est recurrendum.

*Tam inter viuos quæ in vltima  
voluntate alienari.*

Glof. 13.

Licet alienatio significet actum quod dominium alicuius rei in alium transferatur l. 1. C. de fund. dot. clarissimum est tamen tam in iure quàm apud Docto. quod aliquando accipiatur large, & aliquando stricte, de cuius quidem termi-



ni diuersis significatis plene docet fabia. de Mont in suo tracta. de empt. & ven. quæst. 4. art. 12. per totot. Rodoan. in suo tract. de rebus eccles. non alienan. in princ. per plures col. & §. S. Docto. comuniter in ca. nulli eod. tit. vnde in præfenti quæreret aliquis secundum quod nam significatur accipi debeat sol. large videtur accipienda cum text. dicat tam inter viuos, quæ in vltima voluntate, cur aures facta sit ista æquiparatio posset similiter dubitari; sol. responderi potest primo quia si censuarius retinet per adnot. supra in alijs glo. plenum dominium, & possessionem, plene etiam disponere debebat merito. Secundo quia non erat maior ratio in vno quæ in altero modo immo ead. & propterea verificabatur l. à titio ff. de ver oblig. glof. super ca. iij. de confir. vtil. cum simil.

*Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denunciari condictiones quibus vendenda sit, & per mensum expectari &c.*

## Glof. 14.

Si censuarius intendit rem censui subiectam vendere ad commodum domini ipsius census tria hic statuuntur seruanda, primo vt dominus census præferatur omnibus alijs, secundo vt eid. conditiones alienationis faciendæ denuncientur. Tertio quod censuarius expectet per mensum quo ad primum hæc decisio confirmari potest iux. tradi. per Tiraq. in suo tracta. de retract. consanguin. in præfat. num. 13. cum pluribus seq. & Fabian. de Mont. in suo tracta. de empt. quæst. 3. art. 21. num. 45. & seq. vbi examinatur, an teneat consuetudo, & statutum quo disponitur rem forensi, vel extraneo non pos-

se alienari, unde idem à simili videtur dicendum in casu proposito: ad hoc accedit Nauar. in d. suo comment. nu. 92. Bouinseg. in d. tract. & tit. cap. 9. sicut enim alienatio extra familiam sepe prohibetur à testatore iux. tradit. à Docto. comuniter in l. filius simil. §. diui. ff. de leg. 1. & aliquando a consuetudine, vel statuto, ut adnot. & explicat Tiraquel. & Fabian. in locis cita. & in tot. d. tract. & art. itaque quod conuenienter idem in præfenti decisum fuit, causa autem huius decisio. illa videtur esse quia res ista cum sit censui supposita, & dño census obligata vt supra adnot. in alijs glo. conuenientius erat in casu alienationis quod iste esset preferendus merito &c. an autem hoc beneficium competat heredibus posset dubitari per l. ait prætor §. hæc verba ff. de negat. gest. videtur negatiue esse respondendum, Sol. tamen est in contrarium faciendum per ca. constitutus de restitut. in integr. & ibi Heric. boic. Tiraquel. in d. suo tracta. §. 1. glof. 9. num. 47. & seq. si enim aliter esset hæres, & defunctus non conferentur ead. persona, quod non est dicendum auth. de iure iuran. à mouien. quæst. Michael. cras. in suo tract. de successione. §. hæreditas quæst. 12. in princ. nec obstat. d. l. quia sicut census transit ad hæres, & in hæres, ut notorij est iuris iux. tot. tit. C. de heredit. action. insit. de perpet. action. in princ. §. si vero institui. de rer. diuis. cum simil. ita quoque census iura merito &c. posset adhuc dubitari an hæc Sol. extendatur ad cessionarium, & sic successorem particularem Sol. negatiue Tiraquel. in d. suo tracta. §. 126. & in glof. 1. in princ. præsertim eiusd. §. cum ibi plene adduct. ego tamen iudicarem opp. ex quo dominus census potest illum uendere, ut infra suo loc. dicemus doctrin. enim Tiraquel. est vera non agnationis, qm in casu nostro non verificatur



rificatur merito 3. quo ad secundum hoc requisitum dupl. intelligi potest, primo respectu voluntatis, ipsius aliena revolutatis in cuius potestate est illam imponere conditionem que sibi magis expediat iuxta l. in re mandata C. mandati. secundo respectu occasionis quam habet alienandi, cum sepe contingat, quod vnus offerat precium maius altero, primam intelligentiam puto magis veram ex quo presuppono quod precium a quoque solvatur iustum solui debeat, queritur modo ad quid sit facienda ista denunciatio sol. primo ad significandum domino an velit emere, secundo ad constituendum principium mensis, per quem expectari debeat iuxta tradi. à Tiraquel. in d. suo tracta. §. 36. glos. 1. quia d. mensis debet currere à die facte notificationis iux. doct. istius Docto. conditione autem talis alienationis non oportet aliter adnot. cum debeant esse pro vt alias de iure communi requiritur, in vniuersum tamen recurrendum esset ad Gomisi. in suo tract. de contractibus cap. de qualitat. contrac. per tot. 3. quo ad tertium quereret aliquis an primus dies istius mensis debeat connumerari iudicarem negatiue esse respondendum ob reg. vulg. quod dies termini non computetur in termino l. 1. & ibi Bart. & alij ff. si quis. caution. Iterum quereret aliquis alius an mensis iste debeat esse dierum utilium. sol. videtur dicendum quod istud tempus debeat esse continuum quia non assignatur ad aliquid faciendum in iudicio, tempus vtile consideratur respectu iudicij, vt alibi adnotauimus merito &c. queritur tertio an tempus istud currat impedito, sol. negatiue quod videlicet non currat Tiraquel. in d. suo tract. §. 12. glo. 2. per tot. facit. ca. sciscitatus, & ibi Docto. de rescript. nec iuri enim, nec rationi conuenit, vt impedito ad aliquid agendum currat tempus, dum

modo impedimentum sit legitimum: his adnot. queritur nunc quid iuris si ista tria requisita non fuerint obseruata, & alienatio sit secuta, sol. possit alienatio rescindi, quia ius domino census acquisitum per hanc bullam nequit per priuatum tolli iuxta vulg. reg. id quod nřum ff. de reg. iur. & ca. indultum eod. in 6. & ibi din. de hac tamen re melius infra dicemus, sed in casu rescissionis an precium solutum restitui debeat sol. cum distin. quam breuitatis gratia, hic non refero iuxta tradit à Tiraquel. in d. §. 12. glos. 1. num. 6. cum pluribus seq. regulariter tamen precium istud restitui debet &c.

*Paſta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucrici cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint, & nulla.*

Glos. 15.

Clarissimi est iuris quod creditor potest pacisci cum debitore in casu moræ de danno iux. tradi. à D. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad prim. & Doct. in rubr. & l. 1 C. de feriã pro eo quod interest, vbi precipue Deci. vnde per hanc bullam in hac particul. ius commune videtur correctum, sol. pactum dupliciter fieri potest in casu moræ primo vt debitor ob moram teneatur ad damnum, & interesse, secundo, vt declaratur dannum esse resarciendum iux. conuentionem, atq;



atq; hoc modo videtur dannatum à bul  
la in presenti, vel dicas secundo quod  
hæc decisio non dicitur corrigere ius  
comune, cum disponat in casu speciali  
& hoc dico ob doctrin. Io. Bapt. Lup.  
in l. curabit §. 6. num. 126. C. de actio  
empt. cum ibi adduct. habemus igitur  
in hac particul. regulam quod pacta cõ  
tinentia morosum census debitorem  
nullius sunt roboris: quæ ampliatur,  
primo in pacto de lucro cessante, quod  
de iure non tenet, vt docer D. Thom.  
loc. cita. sot. lib. 6. de instit. & iur. quest.  
1. ar. 3. concius. 4. ex quo enim dicit  
D. Thom. tale lucrum potest impedi  
ri ne habeatur, Ideo in pactum deduci  
nequit: amplia. secundo vt non tenea  
tur ad cambium si enim hoc pactum de  
cambio teneret posset creditor accipe  
re pecuniam ad cambium ob moram de  
bitoris, qui vigore pacti ad tale interes  
se teneretur, quod cum sit contra debi  
tum iustitiæ: per deducta merito; de na  
tura autem cambij non oportet aliquid  
adnotare, sed recurrendum est ad sot.  
in d. lib. 6. à quest. 8. vsq; ad fin. lib. &  
nouiss. ad Thom. Bonin. in d. suo tra  
cta. tit. de cambijs. Amplia tertio vt  
debitor nec etiam ad certas expensas  
obligari debeat, vt è. g. si factæ essent in  
litigando quæ per pactum essent decla  
ratæ ob eand. rationem. Amplia quar  
to quo ad certa salaria, quia ad missio,  
quod debitor ob eius moram ad similia  
teneatur ista tamen à prin. non debent  
per pactum declarari, cū per declaratio  
nem potuisset debitor grauari. Amplia  
quinto vt expensæ vel salaria, nec etiã  
adcedente iuram. liquidari possent, quia  
daretur occasio, quod iuramentum es  
set iniquitatis vinculum ex quo tende  
ret in dannum partis contra ca. cum cõ  
tingat de iure iurato. ca. 2. de pacta. in  
6. iuramentum enim semper debet ha  
bere tres comites, videlicet iustitiam,  
veritatem, & iudicium sot. lib. 8. de iu

sti. & iur. quest. 1. ar. 3. ca. & si Christ<sup>o</sup>  
§. Iacobus d. tit. de iure iuran. & ibi Do  
cto. Amplia sexto in amissione rei cen  
sui subiectæ, vel partis eiusd. aliter enim  
pena, seu interesse esset maius quã cul  
pa ipsius moræ contra. l. Senatus ff. de  
accusat. & creditor lucupletaretur cum  
iactura debitoris contra. l. nam hac na  
tura ff. de condit. in debi. merito 3.

Amplia septimo ob eand. rationem si  
vigore pacti debitor aliquod ius quomo  
docunq; sibi acquisitum perderet, inde  
enim sequerentur ead. inconuenientia  
merito 3. Amplia octauo si similiter per  
pactum in aliquam penam caderet ex  
quo enim etiam in hoc verificatur ead.  
ratio, debebat verificari ead. iuris deci  
sio iuribus vulg. supra citat. sed contra  
hanc amplia facit §. fin. instit. de ver.  
obligation. sol. ibi agebatur de q. me  
ro facto in presenti vero agitur de mo  
ra respectu solutionis: sed contra si hæc  
regul. cum istis ampliacion. debet omni  
no verificari videtur inde inferendum,  
quod debitor morosus non teneatur ad  
dannum, & interesse illarum ob moram  
eius quod esset contra doct. D. Thom.  
in d. q. 78. ar. 2. & ibi Caietan. & Sot.  
lib. 6. de instit. & iur. q. 1. ar. 3. per tot.  
clarissimi enim est iuris, quod morosus  
tenetur ad interesse iuribus vulg. & ne  
mo est qui in decidendo contradicat,  
Sol. quod huiusmodi pacta in hac partic.  
dannantur à Pontifice ad cuitandas  
fraudes, & occasiones committendi v  
suras voluit autem Summus Pontifex  
debitorem teneri ad dannum, & inte  
resse causatum ab eius morã nõ per hu  
iusmodi pacta, sed pro ut de iure comu  
ni ad id esset obligatus, & sic obiectio  
videtur cessare, & iura iuribus concor  
dantur iux. ca. cum expediat de electio.  
in 6. vnde in pactum videtur posse de  
duci, vt debitor ad illud interesse tenea  
tur in casu moræ ad quod esset de iure  
obligatus, & suo loco, & tempore  
esset



esset liquidatum, & ita regula supra d. posset limitari prout etiam supra dicebamus &c.

*Imo, & censum augeri.*

Glof. 16.

Sed contra per l. item si fundi §. huic vicinus ff. de usufruct. facit cons. 286. natte per tot. sicut enim usufructus augetur per alluionem, vt in d. locis cauetur, ita quoq; hoc idem videbatur dicendum de censu Sol. est max. differentia inter censum, & usum fructuum, quia dominus fundi usufructus est tantum dominus proprietatis, at dominus fundi census retinet vtrunq; id est proprietatem, & usum fructum, vnde si census augetur id contingeret in dannum debitoris, sed not. quod istud augmentum ampliando decisionem etiam prohibetur sub tali respectu videlicet si censuarius sit debitor census anni, vel annorum prateritorum, & pro satisfactione vellet augere censum non permittitur, quia daretur occasio constituendi, & emendi censum cum alia re, quam cum pecunia numerata, quod esset contra hanc bullam vt supra suo loco adnot. &c.

*Et nouum creari, super ead. vel alia re.*

Glof. 17.

Super ead. vel alia re creari nouum censum ita intelligi debet quod si crearetur cum censu iam debito sic fieri nequit, cum requiratur pecunia numerata, vt supra vidimus, & declarauimus, si vero crearetur cum pecunia numerata runc per ea, quæ supra vidimus super alia re non videtur dubium, dum modo ea obsruaretur quæ in bulla, &

in glof. habentur; si vero crearetur super ead. re tunc opus est distinctione, an videlicet res ista posset sublinere alium censum quia dato quod posset, videtur similiter tenendum, quod etiam nouus census insuper creari valeat, nec obstat quod res censui subiecta diuersis esse obligata, quod non videtur conueniens per ea, quæ diximus supra in glo. presertim 11. Sol. quia obiectio videtur intelligenda pro rata huiusmodi rei, quia si secus esset, sequeretur quod si quis haberet prædium notabil. quantitatis, & insuper constituisset censum ioc. aureorum, adeo obligasset totum prædium, vt illud nec vendere, nec alteri obligare posset, nisi domino census iuxta tamen ea quæ supra vidimus, quod cum repugnet iuri, & rationi ex quo illa obligatio esset cum notabili læsione ipsius debitoris, vt ex qualitate facti videtur satis clarum merito. Notorium enim est in iure, quod contractus onerosus semper debet reputari licitus, quando in eius celebratione fuerunt obseruata, quæ sunt substantia contractus, & de substantia iustitiæ vt supra sepe ad not. his accedit quod census cum significet onus super re impositum, si tale prædium posset huiusmodi aliud onus sublinere consequens nouus census posset constitui, cum inde nullum oriatur inconueniens.

*In fauorem eiusdem. aut personæ per eum suppositæ.*

Glof. 18.

Poterat hic dubitari an census valeat augeri, vel de nouo creari super eadem vel alia re ad commodum alicuius tertij pro censibus decursis quia cum text. hic dicat ad fauorem &c. Videtur inde inferendum ad fauorem alterius id fieri posse arg. l. cum prætor ff. de iudicijs:

C Sol.



Sol. quod neq; ad commodum tertij, id fieri nequit, tum per ea quæ vidimus supra quando declarabamus censum nõ posse creari, nisi cum pecunia numerata, tum etiam ob identitatem rationis iux. l. à titio ff. de verb. obligat. ca. iij. vna cum glos. de confirm. vtili. ex quo enim lex accommodatur ijs quæ frequentius accidunt vulg. l. nam ad ea ff. de legib. Ideo in præsentì videtur addita ista verba infauorem eiusd. &c.

*Pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus.*

Glos. 19.

Tria obseruo esse consideranda in isto contractu census, quorum primum est fundus seu res super qua constitui potest, ac debet: secundum est præcium quo acquiritur dum originaliter consideratur, & de istis duobus quoniã supra in alijs glo. diximus quæ iux. methodum glos. erant dicenda non conuenit in præsentì aliud adnotare. Tertium est ipse met census qui pensionem significat vt supra habetur in descriptione eius: de hoc autem tertio posset quis querere an census .i. pensio constitui valeat in alia re, quam in pæcunia numerata, si enim per arg. responderi debet videtur diceudum, quod sicut census acquiri nequit nisi cum pæcunia numerata, vt supra vidimus, ita quoq; in eadem pæcunia solui debeat, confirmatur, quia si census constitueretur in alia re puto vino, tritico, oleo, & simil. sepe contingeret præcium eius obuaria tem temporum efficeretur minus iustū prout euenisset hoc anno 1590. ob max. sterilitatem, quod non videtur de iure licitum, in contrarium tamen facit descriptio census supra in prima glo. relata, & per Doct. declarata merito &c.

Nauarr. in d. suo coment. num. 104. ad litteram examinat hoc quæsitum, & videtur hoc idem tenere licet, postea videatur variare; Thomas Boninseg. in d. suo tract. tit. de censibus cap. 2. idem videtur sentire Benedict. Boni. in dicto suo tractatu de censibus art. 64. vnde vt obseruare potui est communis opinio pro hac parte, quæ posset etiam ratione confirmari, quia ex quo bnlla circa hoc specialiter nihil prouidet consequenter videtur reliquisse in dispositione iuris communis, & cum de iure communi hoc non prohibeatur merito &c. sol. hæc opinio videtur magis vera tum per deducta, tum etiam quoniam census cum sit ius percipiendi certam pensionem non apparet maior ratio, qua dici debeat, quod talis pensio sit potius in pæcunia quam in qualibet alia resoluenda: ad obiecta dicimus quod non est eadem ratio in acquisitione, & solutione, quia census est res vendibilis, & iusto præcio vendi debet cum sit contractus emptionis vt alias diximus, vnde merito ad confirmationem dicimus quod admissio aliquando verificari quod in confirmatione dicitur, & potuisset hoc anno euenire, vt supra dicebamus tunc posset etiam concedi remissio pensionis pro rata, nisi tamen, pensionarius & censuarius posset dannum reparare cum annis vel præteritis, vel futuris prout supra in alia glo. adnotauimus, atq; hoc puto verum de iure communi de consuetudine tamen aliud puto diceudum, quia vt obseruare potui hæc bulla, ita vsu recepta, & intellecta fuit, quod quemadmodum præcium ita quoq; census ipse in pæcunia constitui, emi, & solui debeat, licet postquam constitutus existat nihil repugnet vt in aliqua alia re iusta extimatione extimata solui valeat, cum consuetudo sit optima .ll. & cano num interpres ca. cum dilectus de consuetud. l. si de



de interpretatione ff. de legib. & c. Doctores communiter in ca. fin. d. tit. de consuetud. & in l. de quibus d. tit. de legibus & c.

*Sicut etiam annullamus pacta continentia, solutiones onerum ad eum spectare ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent.*

Glof. 20.

Pro intelligentia huius particulæ præmittendum est quod quedam bona sunt subiecta certo oneri, cum ex fructibus ipsorum solui debeat e. g. collecta ipsi Principi, vel aliquid simile ciuitati iuxta text. in l. fin. C. sine censu, vel reliquis. & ibi Docto. canonist. communiter in clem. præsentis, de censibus quedam vero bona sunt ab huiusmodi oneribus libera, hoc præmissis queritur an inter censuarium, & dominum census posset fieri pactum de soluendo similia onera, per hanc bullam in hac particulæ. negatiue est respondendum, idem affirmat Nauar. in d. suo coment. de vsuris nu. 132. & post eum Thomas Boninseg. in d. tract. & tit. cap. 12. in contrarium vero est text. in auth. sed, & periculum, secundum vnum intellectum C. d. tit. fin. censu & c. Sol. prout in hac particulæ bullæ legimus quia ex quo onera sunt, & in iure reperiuntur diuersa iuxta l. 1. l. cui muneris l. honor. §. 1. l. muneru, ff. de muneribus, & honor cum simil. & propter ea secundum qualitatem casus contingentis possent dum de iure comuni considerantur spectari modo ad venditorem, & modo ad emptorem census, Ideo non erat conueniens in pactum id deducere, cum inde altera pars quam facillime potuisset ledi contra omne debitum iustitiæ: accidit etiam quod si huiusmodi pacta permitterentur daretur occasio committendi frau-

de quod fieri nequit atq. ca. per vestras in fi. de donation. inter virum & c. facit. ca. cum ab omni in prin. de vita, & honestat. non obstat d. auth. quia respectu conuentionum quæ fieri possent inter particulares, videtur intelligenda iuxta doct. Bald. in l. 2. num. 1. ver. sed Nicol. C. eod. sine censu & c. si enim illud onus esset reale semper sequitur possessionem rei d. l. fi. nisi in casu d. auth. nec propterea censuarius in aliquo grauatur, quia a princ. debebat diligenter obseruare an bona super quibus intendebat censum imponere esset sufficientia ad illum subtrahendum deducto quolib. onere, si tamen aliquod deducendum erat.

*Postremo census omnes infuturum creandos.*

Glof. 21.

Legimus in ca. fin. de constitu. quod leges, & constitutiones futuris negocijs dans formam ad præterita vero nõ extradunt nisi provideant idem legimus in l. leges la. 2. C. de legib. & in istis loc. Docto. præcipue super d. ca. fi. & in l. non dubium C. eod. vnde præsens particulæ. huius bullæ videtur superflua: sol. non videtur referenda ad omnia contenta in bulla, sed solum ad vnum vel alterum censum qui infra deciditur & quoniam quedam decisiones huius ex. vagen. respiciunt tantum futura quedam vero etiam præterita, & præsentia prout infra suis locis dicemus in præsentia satis est adnotare videlicet quod si de ciso sit constitutiva, tunc verum est quod supra dicebamus, vt videlicet respiciat futura: si vero sit declaratiua tunc non solum respicit futura, sed etiam præsentia, & præterita, vt adnotant Docto. in locis supra citatis, & præcidue Abba. in d. ca. fin. & Iason. in d. l.

C ij non



non dubium. vnde ad plene cognoscendam hanc destin. & hanc summam ad Docto. in d. loc. est recurrendum, cum non conueniat hic singula seferre.

*Non solum re in totum, vel pro parte per emptam, aut infructuosam in totum vel pro parte effectam, volumus ad ratam perire.*

Glos. 22.

In hac particul. de duobus posset dubitari primo quando res aliqua dicatur perire in totum, vel pro parte: secundo quando dicatur fieri infructuosa. quo ad primum responderi potest per §. fin. ver. eo amplius institu. de usufruct. & ibi Docto. l. repeti l. quid tamen ff. quibus modis usufruct. amitta. l. si cui Insulæ. & ibi glo. ff. de usufruct. & c. cum simil. vbi legimus quod diuersimode res potest perire, vel infructuosa reddi vt e. g. incendio, terremotu proprio vitio, inundatione, vel alia simil. causa, prout etiam supra in alijs glo. adnotaui mus, vnde in hoc videtur cessare omnis difficultas: quo ad secundum augeatur dubium per l. domo. ff. de pignora act. domo. n. pignori data si extinguatur nihilominus area eius remanet obligata, ergo idem est dicendum in casu proposito: sed dato ré esse extinctam vel factam infructuosam esset tamen concedenda repetitio precij per l. domum emi ff. de contrahendi empt. sicut enim res vendita, si non subsistit datur conditio precij, vt ibi cauetur itaque idem videbatur dicendum in casu proposito, confirmatur quia res fructuosa consideratur actu, & potentia, vt docet Nauarr. in d. suo coment. sepe cita num. mihi 113. & quatenus minus reddat que à principio reddebat non propterea dicitur facta pro parte infructuosa, vt docet idem Nauarr. in eod. coment. nu.

117. cum ibi adduct. sol. ex quo census significat pensionem super certis bonis impostam, vt supra suo loc. adnotaui mus; sequitur inde quod maximam similitudinem habeat cum usufructu, & propterea sicut usufructus aliquando extinguitur in totum, & aliquando pro parte per iura supra adducta, idq; contingit ad extinctionem rei, in qua usufructus est fundatus, ita quoq; idem videtur dicendum de censu: ad obiecta, & primo ad d. l. domo respondet Siluest. in d. §. instia. quod hæc diuersitas contingit ob diuersam naturam pignoris, & usufructus, quia pignus est quedam cautio accessoria, at usufructus est quodam ius principale merito & c. ad d. vero l. domum emi dicimus, quod aliud est considerare emptionem dum contrahitur, & aliud dum contracta est d. enim l. verificatur de emptione contracta henda pro vt uerba ipsa demonstrant, & confirmatur per l. cum hereditate ff. de hæred. v. ed. in præsentem vero bulla loquitur de censu iam celebrato, & contracto, quia sicut perfecta emptione periculum spectat ad emptorem l. 1. & ferre per tot. ff. de peri. & commodo rei vend. cum vulg. Ita quoq; hoc idem videbatur dicendum de censu iam vendito, & venditione eius perfecta: ad confirmationem Nauarr. responderi potest argumento dd. iurium quod hæc bulla intelligi debeat quando res est perempta vel infructuosa reddita, ita quod nec actu, nec potentia fructuosa reddi valeat; ad vltimam confirmationem per ea que supra in alijs glo. adnotaui mus videtur esse respondendum ex quo. n. censuarius posset dandum modicum reparare per annos præcedentes, vel sequentes non debet propterea aliquid remitti, eoque; minus quo in iure parum, & nihil equiparatur l. minus ff. de verb. fige. l. scio. ff. de restitut. in integ. & c. cum simil. & c. hinc not. quod rata hic

non



non accipiatur pro qualibet portione, sed pro illa quæ esset uocab. quantitaris, istud autem modicum videtur esse difficultis cognitionis, & propterea ad mentem Menochi lib. 2. de arbi. iudic. casu 145. videtur esse in arbitrio iudicis

*Sed etiam posse pro eodem præcio extingui.*

Glos. 23.

Hæc decisio est eiusd. nature cum pacto de retrouendendo, & propterea quæ adnotantur a Docto. de isto pacto videtur etiam in presenti uerificanda præter id quod expressè cauetur infra in eadem bulla, vnde not. quod obligatio ad reuendendum alia est conuentionis de qua plene tractant Docto. in l. 2. C. de pact. int. empt. in ca. ad nostrâ de emp. Tiraq. in tract. de retract. conuention. & Couar. lib. 3. variat resolut. cap. 8. alia uero est legalis quia prouenit ab alia qua lege quam plene docet Tiraq. in tracta. de retraxu consangu. per tot Fabian. de monte in tracta de empt. quæst. 3. art. 21. num. 45. & seq. est text. & ibi Heuri boic. in ca. constitutus de restitut. in integrum, quibus adde quæ adnot. supra in glo. 14. atq; Docto. explicantes hanc bullam: his adnot. de duobus præcipue sæpe dubitatum fuit circa hanc particul. primo an dominus census posset cogi ad reuendendum partem census, & recipiendum partem præcij: secundo an iste dominus posset talem censum alijs vendere minori, vel maiori præcio cum in practica sæpe huiusmodi census alienentur minori præcio quâ a princ. sint constitut. quo ad primum ex quo in iure non habemus aliquid certi videtur propterea esse difficultis solutionis Nauar. in d. suo sæpe citat. comenta. num. 101. ver. secunda quæst. vsq; ad numerum 104. vide-

tur tenere partem affirmatiuam Ioan. Bapt. Lup. in d. l. 2. S. 2. num. 71. C. de pact. int. empt. videtur sentire oppositum prout hoc idem approbat Sot. lib. 6. de inst. & in quæst. 5. art. 3. conclus. 4. cum Sot. & Lup. conuenit Thomæ bonin. in d. suo sæpe citat. tracta. de censibus cap. 14. num. 9. vsque ad fin. cap. quæ opinio licet videatur esse contra bullam Martini V. post princ. in illis verb. in toto, vel in parte, si tamen regulariter esset respondendum iudicarem ipsam esse sequendam, & ratio est, quia iste dominus census dannificaretur si cogeret recipere præcium minuta. tim bulla autem Martini id non determinat, sed uidetur presupponere conuentionem partium dixi autem regulariter quia tres possunt considerari casus videlicet cum contrahentes potuissent pacisci aliquando vt præcium restituatur in tegrum: aliquando, vt restituatur pro parte ab eis taxata, & aliquando remiserunt se ad dispositionem iuris ex quo nihil dixerunt In primo, & secundo casu iudicarem pacta esse licita, ex quo nec partes leduntur, nec illa contra bullam esse reperiuntur: In tertio uero putare regul. supradict. adnot. esse: ad hanc autem potestatem redimendi bonum erit addere quod nos docet Sot. in tot. d. art. 3. & bonin. in d. cap. 14. in prin. & ista sint satis quo ad primum dubium ad secundum est adnotandum quod eius solutio depêdet a solutione illius quæst. videlicet an nomen debitoris posset emi minori præcio quâ sit creditum illud quod legitimus definitam a Nauar. in d. suo coment. num. 112. ver. vndecima quæstio, & ante eum ab August. be-ro super ca. in Ciuitate num. 10. de vsu ris solutio autè est quod emi, & vendi posset, d. præc. vnde idem puto dicendum in casu proposito obindentitatem rationis confirmatur, qui huiusmodi nomina possunt etiam permutari in solutum dari



dari, & de eis alijs quoq; modis disponi vt partim adnotant Docto. in expositione tit. ff. & C. de heredi. & action. vendit. merito. & c.

*Non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum prescriptione.*

Glos. 24.

Præscriptio longissimi temporis tollit omne ius quamuis illud competet vigore pacti statuti, & priuilegij dummodo tamen sit 100 annorum selyl. in rubric. de præscript. num. 24. Balb. in trac. de præscrip. par. 2. tert. partis principa. quæst. 6. num. 21. ex qua decision. videtur inferenda limitatio ad hanc bullam in ista partic. quæ confirmari potest, quia de iure pactum de retrouendendo potest præscribi, quamuis esset cum potestate quædeuq; venditori placeret, vt plene docet idem balb. in d. tracta. par. 4. quint. part. principal. quæst. 3. per tot. cum ibi adduct. ceterum an hæc limitatio sit de iure in præfenti admittenda habet difficultatem, primo considerando illa verb. imo 100 & plurium annorum, secundo idem videtur sentire Nauarr. in d. suo sæpe cit. coment. num. 97. ver. glos. 15. in fin. in hac difficultate videtur de iure dicendum, quod ista præscriptio non habeat locum contra dispositionem huius bullæ ipsa prohibetur, clarissimi enim iuris est quod præscriptio est de iure humana instituta de vsucapien. in prin. Sot. lib. 4. de iusti. & in quæst. 5. art. 4. cum simili & propterea potuit a summo Pontifice illa prohiberi pro ut considerando verb. præd. prohibita fuit, nec obstant doctrin. in contrarium adducta quia personæ inferiores summo Pontifici non debent esse tantæ autoritatis, vt

præscriptionem omnino tollere valesant, si quis autem plura intendit videre de præscriptione iuris redimendi ultra supra adducta videat couar. lib. 1. vari. resolution. cap. 9. per tot. & Ionan. Ba pt. Lup. in d. l. 2. §. 2. num. 92. vsque ad fin. §. C. de pact. inter emptor. & c. an autem sit facienda differetia inter præscriptionem 100. annorum, & præscriptionem immemorabilem pro ut ex particul. adnot. & declarat Nauarr. loc. hic supra citat. non videtur persinere ad rem propositam quia summus Pontifex vsus fuit isto loquendi modo, vel ad maiorem rei declarationem, cum lex nullum dubium continere debeat ca. fi. fin. de consti. vel ad remouendam omnem controuersiam de dominio præd. & propterea bulla quolibet modo considerata remanet clara, & sine difficultate & c.

*Non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunq; verbis aut clausulis concepta sint.*

Glos. 25.

Per hanc particul. longe melius meo iudicio demonstratur verum quod in superiori proxima glos. conclusum fuit, atq; hoc idem confirmari possit per ca. cum quid & ibi Docto. de regul. iur. in 6. si enim per viam saltem indirectam posset veniri contra prædictam facultatem redimendi censum, sine dubio daretur etiam occasio contra prouisionem totius istius bulle, quod cum admitti aliquomodo nequeat, propterea sequitur idem quod supra dicebamus: sed quæreret aliquis quomodo posset cognosci contrauentio casu, quo commissa esset, sibi obseruo apud scribentes, licet nemo expresse hoc dicat quod quælib. lex, seu constitutio quatuor habet intellectus

quo



quorum primus dicitur literalis, secundo mentalis, tercius directus, & quartus inductius: Ex quibus inferendum puto, quod potest quis vnum intellectū approbare ad se defendendum, & alterum reijcere hinc est quod Doctores super l. non dubium C. de legib. vbi Bal. num. 1. & Ias. num. 4. adnot. an ille qui venit contra verba legis debeat puniri, sicut ille qui venit contra mentem & theolog. querunt an liceat præter verba legis agere, vt videri potest apud D. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 6. & Sot. lib. 1. de instit. & iur. quest. 6. art. 8. & cum contrauentio, vt plurimum fiat fraude, ideo adnotari debeat quod fraus committitur aliquando de re ad rem, aliquando de contractu ad contractum, aliquando de persona, ad personam, vt aliquando de modo ad modum Ias. in d. l. non dubium num. 45. & glo. super l. contra legem ff. de legib. cognoscitur vero per diuersas coniecturas iuxta l. dolum. C. de dolo l. continuus ff. de verb. obligat. cum simil. &c.

*Cum vero traditione prætij redditus extinguendus erit.*

Glof. 26.

Non sine causa legimus in præfenti particul. quod quando census extinguí debet cum traditione prætij obseruandum erit id, de quo in sequenti glof dicemus, primo eum summus Pontifex voluit etiam providere indennitati domini ipsius census prout facit in sequenti particul. & ibi dicemus. secundo cum census habeat similitudinem cum vsu fructu, licet habeat etiam dissimilitudinem, vt satis clare cognoscitur ex supra in alijs glo. adnotatis, hinc est quod quemadmodum vsus fructus extinguí potest multis diuersisq; modis iux. tot. tit. ff. quemadmodum vsus fruct. amitt.

& probat text. in S. fin. qui incipit finitur instit. de vsu fruct. itaqueq; hoc idē dicendum est de ipso censu, & propterea adnot. supra quod aliquando extinguitur ad extimationē fundi in quo cõstitutus fuit, ex quo sequitur quod prouisio bullæ in sequenti particul. non potest, nec debet verificari in quolib. casu extinctionis census, sed solum quando extingueretur cum restitutione præcij: reliqui autem modi extinguendi censum qui, & quales sint non videtur necessarium hinc referre, exemplificatiue tamen esset donatio, testamentum, successio, permutatio, & similes alij &c. & ratio est quia sicut huiusmodi modis potest domus alienare alia sua bona iuxta l. fin. ff. de legib. Sebastian. medicus in suo tracta. de legib. & statut. par. 4. quest. 28. 29. 30. ita quoque hoc idē est dicendum de censu isto &c.

*Volumus per bimestre ante id denunciari ei cui præcium dandum erit*

Glof. 27.

Debet censuarius denunciare domino census, qualiter ipse intendit eodem præcio redimere censum alias per ipsum venditum, atq; per duos menses expectare antequam celebretur contractus reuenditionis idq; statutum hic legimus ea ratione, vt dominus census posset d. termino durante determinare quid facere velit de d. præcio sibi de prox. restituendo, sed quid iuris erit si nollet d. præcium recipere sol. cautela est, vt censuarius illud deponat depositoreali ad hoc vt liberatur ab obligatione soluendi censum, atq; legitime denunciaret ipsi domino iuxta l. acceptam, & ibi Bald. C. de vsuris Menoch. lib. 2. de arbit. iud. casu 232. & Cassan. in cons. 41. per tot. ibi plene explicatur obligatio realis ad hoc vt debitor liberetur



tur ab obligatione soluendi, ob moram creditoris in non recipiendo: de isto autem termino non occurrat hic aliud ad notare nisi quis quereret an posset prorogari, vel diminui cum quilibet posset renunciari iuri suo l. si quis in conscribendo C. de pactis Sol. iudicarem negatiue esse respondendum, primo quia docet locin. in suis regulis reg. mihi 419. lim. 2. quod solemnitati iuris renunciari nequit, & cum hæc particul. videatur continere partem solemnitatis requisitæ ad contractum census merito &c. secundo quia daretur inde occasio celebrandi contractus censuum contra formam in hac bulla traditam quod de iure permitti non debet argumento ca. per vestras in fin. de donat. inter virum non obstat. d. l. si quis in conscribendo quia limitari debet ad euitandas fraudes, vt constat per deducta &c.

*Et post denunciam intra annum tamen, etiam ab inuito præcium repeti posse. &c.*

Glos. 28.

Contra hanc particul. facit tot. tit. ff. quod quisq; iuris in alium statuit &c. sicut enim per bimestre censuarius expectare debet iuxta id quod in superiori glos. adnotauimus, itaqueq; per iura ad ducta intra bimestre deberet cogi ad restituendum præcium, & sic male videtur statutum, vt intra annũ &c. Sol. vel dicas quod definire huiusmodi terminum erat in mero arbitrio legislatoris cum sit tantum iuris positium. & propterea nulla ratio in contrarium aliquid concludit; vel dicas secundo longiorem terminum fuisse concessum domino census, quia non ita de facili posset habere occasionem conuertendi illud præcium in aliquod aliud eius commodum, vel dicas tertio quod si censua-

rius continuo habet libertatem redimendi census vt supra vidimus, non est in conueniens, vt dominus census habeat in casu isto commoditatem vnus anni ad repetendum d. præcium: not. ramen quod ista repetitio præcij non esset licita, si in presenti permissa non fuisset docent enim Docto. quod ius rescindendi contractum emptionis, & venditionis aliquando est in potestate ipsius venditoris tantum, & tunc sine controuersia est de iure licitum siue sit de vendendo simpliciter, siue de restituendo rem emptæ vt plene docet Iohan. Babpt. Lup. in d. l. 2. in præfat. num. 24. & 25. per tot. C. de pact. inter emptor, cum ibi adduct. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 4. num. 4. ver. his sane Tiraq. in tract. conuention. in præfation. num. 3. & seq. siue competat ex dispositione iuris, vt contingit per hanc bullam, siue ex conuentione hominum, & sit per pactum vt habetur in cita. locis. aliquando, vt secundo istud ius rescindendi est in potestate ipsius emptoris, & tunc si sibi competat ex dispositione iuris pro vt legitur in hac particul. non videtur posse dubitari, cum iustum aliud sit naturale, & aliud a lege humana statutum ca. ius generale distin. 1. for. lib. 3. de iust. & in q. 1. ar. 2. si vero eid. competeret vigore pacti, tunc aliud dicendum esset cum illicitum a Docto. reputetur, Abba. in ca. illo vos. num. 6. post medi. de pignorib. Ioan. Bapt. Lup. in d. præfat. d. l. num. 26. omnino vidend. cum adduct. in d. loc. & ratio est, quia qualitas pacti denotat emptorem habuisse voluntatem potius mutuandi cum lucro quam emendi, & ideo dicit Abba, quod ipse tenetur ad restitutionem fructuum &c.

*Et vbi*



*Et ubi precium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandoocunque redditum extingui posse prævia tamen denuncia, de qua supra.*

## Glof. 29.

Si hæc particul. à Summo Pontifice addita non fuisset, quàm facillimè dubitari potuisset an istud ius redimendi iuxta formam in hac bulla traditam intelligi debeat concessum pro prima tantum vice iuxta l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. dicendum est igitur, quod iste §. per hanc bullam in materia census limitetur cum istud ius, ideò perpetuū intelligatur, vt posset reijterari pro vt hic legimus, vnde not. quod potestas alicui concessa ad aliquid faciendum, licet per d. §. intelligatur pro prima, & vnica vice diuersimode tamè limitatur, vt docet Tiraq. plene in sua expositione super d. §. & Felyn. omnino vidend. in ca. 2. fere per tot. de tregua, & pace, &c. est tamè animaduertendū quod reiteratione de qua in presenti bulla, & particul. permittitur dūmodo fiat ead. forma hic data, & non aliter.

*Et non obstantibus his, de quibus supra, idq; obseruari mandamus etiā quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset.*

## Glof. 30.

In hac particul. melius declaratur istā reijterationem, de qua adnotauimus in superiori glof. esse faciendam toties, quoties opus fuerit, seruatim tamen ijs, quæ per hanc bullam seruari debent, & sic ad maiorem declarationem additum fuit, quod hic legimus, dubitatur tamen

& quæritur, vnde est, quod in presenti contextu habentur ista verba, & non obstantibus his, de quibus supra, illa enim quæ in superioribus particulis huius bullæ habentur non vidēt obstare decisioni, & provisioni quam in superiore proxima & presente particula continetur, vnde merito: Sol responderi pot, quod licet ea quæ in superioribus statuta sūt, non videantur modo aliquo obstare, si recto sensu intellecta fuerint: quoniam tamen inductiue considerata potuissent videri contraria. Ideo ad remouendam omnem difficultatem videntur addita prædic. verba, & non obstantibus, &c.

*Pacta etiam continentia precium census extra casum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus.*

## Glof. 31.

Supra in glof. 28. in fin. adnot. quod potestas rescindendi contractum census non debet esse apud emptorem, pro vt hoc idem legimus statutū in presenti partic. nisi tamen in casu supra in alijs glof. explicato quāuis autè Couarru. lib. 3. var. resol. cap. 9. nu. 3. vers. primū quidem, & Ioan. à Medin. in suo codic. de restitut. tit. de censib. quæst. 15. vers. quæ de pacto redemptionis, videantur sentire oppositum, si tamen singula considerata fuerint, puto commode posse conciliari, sed cum in presenti sim glosator, & non comentator non conuenit singula examinare de ista autem facultate redimendi census videndus est præcipuè Ioan. à Medin. in tota ista notab. quæst. 15. in qua inter cetera explicata etiam vnum adnotatione dignum in ver. in de alia oritur dubitatio, an videlicet precium in casu redemptionis, & reuenditionis debeat esse idem, & eiusd. quantitatis cuius fuit in ipsa emptione, & vè-

D ditio-



ditione pro vt hoc idē declarat Tiraq. in suo tract. de retract. conuētion. §. 1. in glos. 3. per tot regulariter enim tenendum est, quod debeat esse idem quæ qui dem regul. in nonnullis casibus posset limitari, vt partim habetur in hac bulla, & glos. in super factis, & in loc. hic supra citat. vnde non conuenit nunc vltorius insistere, & cum hæc particul. si aliqua indigeat declaratione, ista habetur in alijs glo. Ideo ad alia me conferam &c.

*Contractus sub alia forma post hac celebrandos feneratorios iudicamus.*

Glos. 32.

Circa hanc particul. de tribus posset dubitari, & quæri quid iuris 1. cur text. dicat sub alia forma &c. 2. cur dicat post hac celebrandus &c. 3. cur dicat feneratorios iudicamus &c. quo ad primū cum proprium sit formæ dare esse l. Iulianus. ff. ad exhibendum, & Pontifex hic dicat sub alia forma &c. videtur propterea quod contenta in hac bulla sint de forma istius cōtractus census, sol. hæc forma dupliciter cōsiderari potest &c. quo ad forum fori, & sic sine dubio, & omnia sunt seruanda, & sunt de forma, tum quia Pontifex per hæc verba videtur hoc determinare, cum sit verba necessaria iuxta tradit ab Abba. in ca. nam concupiscentiam de constitut. &c. tum etiam quia in hac particul. habet etiam clausul. Irritans, de qua est text. notabil. in clem. 1. de concess. præbend. & Staphil. in suo tract. de litteris gratiæ, & insit. in propria rub. istius clausul. 2. quo forum conscientiæ, & sic non puto singula esse seruanda e.g. quod fiat coram testibus, & notario, huiusmodi enim requisita extrinseca in isto foro non videtur necessaria cum solemnitates iuris ex quo videntur introductæ ad euitandas fraudes in foro conscientiæ non requiruntur secundum vnam opin. quam fem

per iudicauit veram, de qua pertractant Doct. in ca. cum esses de testament. vbi præcipue Couarr. in ca. quia plerique de immunita. Eccles. vbi præcipue Panormitan. cū ibi adduct. quo ad secundū nō videtur necessarium hic aliud adnot. cū supra in glo. 21. diximus proprium esse legis futuris negocijs dare formam, & propterea Summus Pontifex, & ibi, & hic declarauit mentem suam fuisse semper respicere futura, præter tamē id de quo infra dicemus: & quoniam de hac re etiam sumus dicturi in alijs particul. Ideo ad tertium dicimus quod contractus pro vt in iure obseruari potui quidam sunt vallidi, & iusti, quidam sunt vallidi, sed iniusti, atq; huiusmodi diuersæ sunt species, quidam denique sunt omnino inuallidi, & nulli, vnde hoc adnot. quæritur cur Pontifex dicat feneratorios idest vsurarios sol. in iustitia quæ sepe committebatur circa contractum census, vt plurimum respiciebat delictū vsuræ, & propterea Summ. Pontifex iuri, & conscientiæ iudicauit conueniens præsertim sub hoc respectu prouidere, & idcō sicut in hac bulla data fuit forma ad celebrandum contractum census ad hoc, vt euitetur vsura, ita quoque fuit conueniens declarare quod si cōtractus aliter celebrātur potius feneratorij, quā simpliciter illiciti, & iniusti essent reputandi, & sic text. videtur clarus, & sine difficultate &c.

*Et ita illis propterea non obstantibus quicquid vel expresse, vel tacite contra hac nostra madata dari, remitti, aut dimitti contingat à fisco volumus posse vendicari.*

Glos. 33.

Hic Summ. Pontifex non solum melius declarat quod in superiori proxima particul. determinauit, sed etiam addidit aliam



aliam penam ultra declarationē contra  
 cū esse feneratoriū, vnde in presenti de  
 tribus occurrit dubitari, primo vnde  
 est quod transgressores huius bullæ pu-  
 niantur duplici pœna videlicet quod cō-  
 tractus sit feneratorius, & quod à fisco  
 vendicetur, quod in contrarium factum  
 fuerit; 2. cur potius à fisco illud vendi-  
 cari & parti non restitui debeat; 3. an  
 illud remissum, vel dimissum intelliga-  
 tur confiscatum ipso iure, & absque ali-  
 qua sententia; quo ad primū per l. fena-  
 tus. ff. de accusa. male videntur impositę  
 istę duę pœnæ; sol. hęc solutio depēdet  
 à solutione alterius quæstion. an videli-  
 cet annullatio actus sit pœna de qua ple-  
 ne tractant Doct. in l. non dubium vbi  
 Iason. Bald. & alij. C. de legibus, & cano-  
 nist. in ca. 2. de constitut. vbi præcipuē  
 Abba. nu. 5. cum adduct. ibid. vnde tenē-  
 do opin. quod annullatio non sit pœna  
 sumus in claris, sed tenendo oppositum  
 dicimus id non esse inconueniens, quia  
 pœna ista annullationis venit in conse-  
 quentiam ob non seruata formā, vel  
 dicas 2. quod ob grauitatem delicti istę  
 duę pœnæ habent rationem vnus merito  
 & c. ad secundum dicimus quod in ca-  
 su traditionis salicijus rei in aliquem, ali-  
 quando id contingit sine aliqua turpitu-  
 dine, & tunc pro solutione tenendum  
 est rem in casu restitutionis restituendā  
 esse ei à quo fuit data iuxta tot. tit. ff. de  
 cōdition. causa data, & ibi Doct. & præ-  
 cipue Bart. aliquando vero id euenit cū  
 turpitudine, quæ aliquando reperitur  
 ex parte dantis, aliquando ex parte reci-  
 pientis, & aliquando ex partis vtriusq;  
 iuxta l. 1. & per tot. ff. de cōdit. ob turp-  
 causam ob quam quidē distin. habemus  
 intelligentiam huius bullæ in ista partic.  
 ex quo enim illud remissum, vel dimis-  
 sum, seu promissum, de quibus in text.  
 sunt contra mentem Pontificis & debi-  
 tum iustitiæ, & sic continent turpitu-  
 diem non debebant parti restitui, sed

ob transgressionem, & sic delictum cō-  
 missum voluit à fisco vindicari: de hac  
 autem restitutione facienda præsuposi-  
 ta turpitudine ultra alegat. videndus est  
 Nauarr. in suo manual. cap. 17. ver. seu  
 §. cui restituendum per tot. Sot. lib. 4. de  
 iustit. & iure quæst. 7. art. 1. ad secundū  
 argumentum. Ioan. à Medin. in suo cod.  
 de restitu. quæst. 2. vers. de eo quod se-  
 cundo loco quærebatur per 2. pag. & ca-  
 nonist. in ea quia plerique de immunit.  
 eccles. cum similia tertium denique di-  
 cimus quod hæc verba videntur præsu-  
 ponere rem esse confiscatam ipso iure,  
 & propterea fiscus potest illam tanquā  
 suam vindicare, an autem hoc sit verū  
 habet difficultatem ceterum per ea que  
 nos docent Canonist. in ca. si diligenti.  
 de foro competen. vbi præcipuē glos. &  
 Abba. & Tiraq. in l. si vnquam in ver. re-  
 uertantur. C. de reuocand. donation. vi-  
 detur tenendum d. rem ipso iure esse cō-  
 fiscatam cum verb. ipsa id demostrent.  
 Iudicarem tamen fiscum non posse ven-  
 ire ad huiusmodi rei vendicationem,  
 nisi prius per sententiam declaratum es-  
 set contractum, seu promissum fuisse, &  
 esse factum contra formam huius bullæ,  
 & hoc dico per ea. cum secundum leges.  
 de heretic. in 6. Gabriel. in suis conclus.  
 tit. de malefic. conclus. 12. in princ. cum  
 similia. & c.

*Hanc autem salutiferam sanctionē  
 ne dum in censu nouiter creando, ve-  
 rum etiam increato quocunque tem-  
 pore alienando modo post publica-  
 tionem constitutionis creatus sit per-  
 petuo, & in omnibus seruari volu-  
 mus.*

Glos. 24.  
 In hac particul. Summus Pontifex vi-  
 detur providere casibus præsentibus vt  
 verba illa verum etiam quod increato



deuotant, dubitari tamen posset an hoc sit verum, primo quia cū de essentia legis requiratur promulgatio D. Tho. 1. 2. quæst. 90. ar. 4. Sot. lib. 1. de iusti. & iu. q. 1. art. 4. canonist. communiter in ca. cognoscentes de constitut. sequitur inde quod casus si euenisset ante promulgationem diceretur præteritus, si vero postea, videtur futurus ergo casus præsens dari non potest, secundo confidero verba quocunque tempore alienando & c. quæ cum respiciant tempus futurum merito & c. sol. hæc difficultas posset meo iudicio ita dissolui, quod cæsus, vt de eo loquamur, aut est iam celebratus, & inesse deductus ante promulgationem huius bullæ, & tunc quid de eo definiat Summ. Pontifex, dicemus infra in partic. & licet legem ipsam & c. aut, & 2. loco est constitutus in lu. post d. promulgationem, & tunc si consideretur simpliciter videtur casus præsens, si verò consideretur respectu alienationis de eo faciendæ, pro vt hic consideratus videtur erit casus futurus, at si simpliciter consideretur, casus futurus erit meo iudicio reputandus, sed si hæc particul. respicit solum alienationem census, vn de est, quod text. dicit post promulgationem & c. Sol. respoderi potest, quod bulla potuit esse promulgata, sed adhuc non vniciq; nota, & cognita per auth. vt post duos menses & c. & Doct. in d. ca. cognoscentes, quia si statim post promulgationem fuisset necessarium serua re hanc bullam in creandis cæsis, ista particul. nihil peius operaretur quod non est dicendum iuxta ca. relatum, & ibi glo. not. de clerici. non residentib. cum simil. merito & c.

*Declarantes precium semel censui constitutum, numquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad ultimo contrahentes minui, vel augeri.*

Glos. 35.

Est animaduertendum hic de qualitate, & quantitate precij, vltra id quod supra in alijs glos. adnotauimus, quod precium diuersa ratione atque respectu, potest de facto, & de iure augeri, & respectiue diminui, p vt declarat glo. not. super ca. cum causa. in ver. ad alium post medi. & ibi Doct. de testib. facit doctri. Corrad. in suo tract. de contractib. quæst. 56. per tot. vbi adnotantur qualitates & circumstantiæ quibus precia rerum alterantur, & variantur vnde dubitatur, & quaritur ex hoc, qua de causa precium census ob temporum, & personarum varietatem nequeat alterari, & variari, & præsertim ad commoditatem cæsuarij, cum inde videatur cessare suspitio vsuræ, augetur difficultas, quia supra demonstrauimus, quod dominus census potest illū vendere minori precio merito & c. sol. considerando singulas particul. huius bullæ, videt inde colligi posse quod Pontifex multa prohibuit, quam alias de iure communi fuissent licita, idque ea ratione factum esse potuit, vt videlicet tolleretur occasio committendi fraudes, & ideo legimus quod vnusquisque contrahentium ad illa remanet obligatus pro vt alias de iure erit, vel esset, vn de hoc idem puto dicendum in casu proposito, & propterea dubium videtur solutum: huiusmodi autem augmentum, vel diminutio posset verificari non vigore pacti, sed pro vt de iure communi esset permissum, & non aliter & c. iuxta ea quæ supra in alijs glo. adnot. & c.

*Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, ortamur in domino, vt singulos contractus censura bonorum religiosorum subiiciant, & animarum saluti consulent.*

Glos. 36.



Glof. 36.

In hac particul. duo facit Summ. Pōtī  
fex, primo clarius demonstrat hanc bul  
lam non extendi ad casus præteritos, &  
ad census iam celebratos, sed solum ad  
census infuturum celebrandos, vnde in  
hac parte vltra id quod supra in alijs  
glo. adnot. non occurrit aliud adnotare  
secundo determinat quod obseruari cō  
ueniat de censibus ante hanc bullam ce  
lebratis qui quidem si fortasse celebrati  
fuisent iuxta formam hic traditam, non  
occurrit aliquid aliud, cū vndiq; essent  
legitimi, si vero alias, & sub alia forma  
celebrati essent, tunc Summ. Pontifex  
dat in præsentī consilium quod vtile es  
set pro salute animarum, & propterea  
subditi, & fideles de necessitate salutis  
non tenentur talem exortationem ob  
seruare per ca. fin. 14. q. 1. Abba. in ca. nā  
concupiscentiam de constitut. cum ibi  
addu. nu. 4. post princ. de tribus tamēn  
posset in hac parte dubitari, primo si cō  
tractus censuum ante hanc bullam cele  
brati essent liciti frustra videtur datum  
hoc consilium, secundo quid iuris erit  
si hoc consilium non fuerit obseruatū,  
tertio cur Summ. Pontifex mandat. d.  
contractus subijci censuræ potius bo  
norum religiosorum, quam iuristarum,  
quo ad primum respondēri potest quod  
contractus licitus potest dupliciter con  
siderari, primo quo ad forum fori, secū  
do quo ad forum conscientia, modo  
ex quo potuisset, seu posset contingere  
aliquem contractum census fuisse, vel  
esse licitum de iure communi, quo ad  
forum fori, & non quo ad forum poli.  
Ideo fuit conueniens dare huiusmodi  
consilium, si enim talis contractus vndiq;  
que fuisset illicitus, hoc consilium nullo  
modo fuisset necessarium, hæc declara  
tio confirmatur vera per id quod habe  
tur in princ. eiusdem bullæ, in illa præser  
tim particul. non possumus animarum  
pro vt tememur saluti &c. cum ibi ad

not. ad secundum datur responsum per  
id quod diximus supra ex quo enim cō  
siliū est voluntatis, vt in cita. loc. ha  
betur, propterea transgressor non vide  
tur teneri ad aliquid, nisi tamē dicamus  
ipsum teneri ad peccatū veniale, si trās  
gressio sit sine contemptu, quia trās  
gressor iste non facit contra, sed præter  
mētē ipsius legislatoris, atque hoc pu  
to dicēdū iuxta docti. recep. D. Th. 1. 2.  
quæst. 72. art. 5. ad tertiū puto in primis  
animaduertendū quod per religiosos in  
præsentī intelligere debemus theologos  
quia communiter accidētibus sunt reli  
giosi, cum theologia conueniat clericis  
& religiosiis ca. fin. & ibi Doctores, ne  
cleric. si immisce nego. secul. vnde hoc  
præmissō puto respondendum, quod cū  
sit quæst. inter Docti. an definire casus cō  
scientia pertineat ad iuristā, vel ad theo  
logum, de qua plene tractat Corrad. in  
suo tract. de contract. in premio, & me  
lius in quæst. 49. per tot. & quæst. ista cū  
distin. soluat, simpliciter tamen si fue  
rit considerata eius solutio ad mentem  
Pij V. autoris istius bullæ, illa videtur  
esse quod id pertineat ad Theologos,  
& propterea talē opinionem sequutus  
dixit in præsentī, quod d. contractus sub  
ijciant censuræ bonorum religiosorum  
&c. vnde merito &c.

*Non obstantibus quibusuis consti  
tution. & ordinationibus Apostolicis  
statu. & consuetudinibus, nec non pri  
uilegijs litteris etiam per quoscunque  
Romanos Pōtīfices prædecessores no  
stros, ac etiam sub quibuscunque teno  
ribus, & formis &c. vsque ad vers.  
Datum Romæ.*

Glof. 37.

Hæc particul. videtur omnino super  
flua per ca. 1. de cōstit. in 6. vbi legimus  
iura alia dicuntur esse in strinio pecto  
ris



ris ipsius Principis sol. ista particul. appo-  
 fita fuit de stylo, cum in qualibus consti-  
 tut. hisce temporibus apponatur, vel di-  
 cas, secundo appositam fuisse ratione &  
 respectu constitut. particul. que cum sint  
 quid facti præsumuntur ignorari, vt in  
 eod. cap. legimus, vel dictertio quod  
 ista particul. fortasse respicit etiam con-  
 stitut. principum secularium, quia hæc  
 bulla videtur ligare omnes fideles, &  
 Christia nos, sed not. quod an hæc tertia  
 solutio sit vera, nõ videtur omnino cla-  
 rum, & propterea puto animaduerten-  
 dum, quod considerando omnes, & sin-  
 gulas constitution. Ecclesiast. item om-  
 nia adnot. a canonist. super ca. 1. de cõ-  
 stitut. duo genera istarum constitutionũ  
 reperiuntur, quædam enim respiciunt  
 solum vtilitatem status Ecclesię, atque  
 istæ non ligant omnes fideles, sed illis  
 qui Ecclesię sunt subditi: quædam verò  
 respiciunt omnes fideles, & Christianos  
 & consequenter omnes simpliciter li-  
 gant, id autem cognosci potest, quia ta-  
 lis constitutio aliquando respicit prin-  
 cipaliter salutem animæ, pro vt est  
 hæc bulla nostra, & tunc sine dubio om-  
 nes ligatur, & ad hoc facit ca. nouit. de  
 iudic. & ibi Doct. aliquando vero respi-  
 cit statum reipubli. Christianæ, & tunc  
 idem est dicendum, hinc est quod Doct.  
 communiter tenent quod Christiani, vt  
 Christiani subiiciuntur iuri cano. est glo.

sup. S. r. institu. can. de iur. can. in ver. ci-  
 uium actiones &c. & ita ex his vera re-  
 manet d. 3. solut. de ista autem particul.  
 non obstantibus non occurrit hic ali-  
 quid aliud adnotare, quia in materia cõ-  
 stitut. plene de ea tractatur in d. ca. 1. de  
 constitut. in 6 & nos alibi quoque adno-  
 tauimus, & propterea in præsentem non  
 oportet vltius insistere &c.

Datum Romæ Apud S. Petrum  
 anno Incarnationis Dominicæ 1568  
 14. Februar. Pont. N. Anno iij.

Quoniam leges variantur secũdum  
 varietatem temporum ca. non debet de  
 cõsanguinita. Ideo vile esset in qualib.  
 constitut. clausul. istam apponere quia  
 cum inde cognoscantur circumstantię ip-  
 sarum consequenter illæ quoque melius  
 & clarius intelligantur: de ista clausula  
 est text. in ca. datum, & ibi Doct. de re-  
 gul. iur. in 6. & nos etiam alibi de ea di-  
 ximus, vnde non puto necessarium, nec  
 etiam in præsentem vltius insistere, &  
 ita per hæc sint absolutæ glos. super ista  
 bull. de censibus, singula tamen sint di-  
 cta, & adnota. meo iudicio, & semp sal-  
 ua seniori, & meliori sententia, & præ-  
 fertim S. R. Ecclesiæ cui in omibus me  
 subiectum esse profiteor &c.

F I N I S.



SVPER BVLLA

III QVARTI

Amsterdam, A. Remondet & Co. Ed.

Printed and Sold by the Author

at the College of the Holy Spirit



Amsterdam, A. Remondet & Co. Ed.

Printed and Sold by the Author



